ti tranſeunt ꝛ ꝑficiſcuntꝰ q̄tū ad eoꝝ merita ꝑtinet
cōtaminari: ꝛ coꝛā deo fetere videntur. j. q. j. §. qđ
aūt ſacra. ꝛ. c. ſeq. ꝛ. c. odit deus. ꝛ. c. illi offerūt. ex
tra de ſciſma. c. j. iđ honeſtuꝫ eſt q̄ reconcilientur ꝑ
uſq̄ fideles talibus ſacris vtantur ꝑut ſacroꝝ cano
nuꝫ lectio edocet euidenter. lxxxj. di. ſi qui ſūt. Ait
enī dñs per ꝑphetam. Maledicam benedictōibus
veſtris. de conſe. di. j. altaria. j. ꝛ. ij.

¶ De altaris conſecratione. Rubꝛica

Non ſolū eccleſia verūetiā altare conſe
cratur. de conſe. di. j. altaria. j. ꝛ. ij. hoc
ꝑpter tria. Pꝛimo ad ſacramentuꝫ deo
ibi offerendum. Gen. viij. Edificauit
noe altare dño: ꝛ tollēs de cūctis volu
cribus ꝛ pecoꝛibꝰ mundis obtulit ſuꝑ altare. Hoc āt
ſacramētuꝫ ē coꝛpus ꝛ ſanguis xp̄i qđ in memoꝛiam
paſſionis dñice imolamꝰ: iuxta illud. Hoc facite in
meā cōmemoꝛationē. Scđo ad nomē dei ibi inuocan
dū. vñ Gen. xij. Edificauit abꝛahā altare deo q̇ ap
paruit ei ꝛ inuocauit ibi nomē dñi. Hec autē inuo
catio que fit ſupꝛa altare ꝑpꝛie dicitur miſſa. Ter
tio ad cantandū. Eccle. xlvij. Dedit illi ꝯtra inimi
cos potētiā ꝛ ſtare fecit ꝯ altare cātoꝛes: ꝛ in ſono
eoꝝ fecit dulces modulos. Sane hoc modo ꝛ oꝛdi
ne conſecratio altaris fit in pꝛimis nāq̄ pōtifex in
cipit. Deus in adiu. meum intē. poſtmoduꝫ bñdicit
aquā: deinde in q̄ttuoꝛ coꝛnibus altaris cōfigurat
quattuoꝛ cruces cuꝫ aqua benedicta. Conſequēter
circuit altare ſepties: ꝛ ſepties menſam altaris cuꝫ
aſperſoꝛio de yſopo ꝯ aqua benedicta aſꝑgit. Eccleſia
quoq̄ iteꝝ aſpergitur ꝛ aque reſiduum ad baſim al
taris funditꝰ. deinde in quattuoꝛ angulis ſepulchꝛi
in quo reliquie recondi debent quattuoꝛ cum chꝛiſ
mate fiunt cruces: et ponuntur reliquie in capſel
la cum tribus granis thuris: ꝛ ſic reconduntur in ſe
pulchꝛo. Deinde ſupponitur eius tabula cum ſigno
crucis facte in medio confirmata. poſtmodum la
pis qui menſa dicitur ſuper altare adaptatur: et
adaptatus vngitur cum oleo in quinq̄ locis ꝛ eodē
modo inungitur poſtea chꝛiſmate ſicut de oleo di
ctum eſt. Confirmatur etiam altare in frōte crucis

chriſmatis ⁊ adolet incenſum in quinqꝫ locis. Poſt
hoc altare tegit ⁊ mundis pannis induit: et demū
ſuꝑ altare ſacrificiū celebrat. Nūc ſeriatim ſingula
premiſſa ꝓſequamur. Primo igit notandū eſt ꝙ al-
tare chriſmatis vnctōe ⁊ bn̄dictione interueniente
ꝯſecrat ⁊ lapideū ſolū. de ꝯſe. di. j. altaria. j. ⁊. ij. Vn̄
pontifex ſtans incipit Deus in adiu. me. inten. q:
ipſe dn̄s ait. Sine me nihil poteſtis facere. ⁊ q: h̄ de
dicatio ſignificat baptizandos qui ꝑcepta fide ad
pugnā ſe ꝑparāt: ⁊ qui adhuc ſunt iter ſuſpiria ⁊ cer
tamina mie ꝯſtituti. ideo non dr̄ alleluya: qui enim
baptizati nō ſūt laudibus angeloꝝ digni nō ſunt.
vn̄ Tho. pe. ⁊ in plateis eius alleluya cantabitur.
Poſt cōpletā vo eccl̄ie vel altaris ꝯſecratōe cantat
alleluya: qm̄ excluſa demonū fantaſia de' ibi lauda
bit. Nā xp̄s ad arā crucis accedēs ad eternitatis
gl'iam manifeſtandā mortē ſoluit: ſed all'a dūtaxat
poſt reſurrectiōe cantauit. ¶ Scd̄o circa aque be
nedictōe notādū eſt ꝙ hmōi aque exorcizatio fit
ad effugandū inde inimicū. In q̄ bn̄dictiōe q̄ttuor
neceſſaria ſunt: videlꝫ aq̄: vinū: ſal: ⁊ cinis. Et h̄ ꝓ-
pter tria. ¶ Primo qm̄ quattuor ſunt q̄ inimicū ex-
pellūt. Primum eſt lachrymaꝝ effuſio que ꝑ aquā.
Scd̄m eſt ſpūalis exultatio q̄ ꝑ vinū. Tertiū natu
ralis diſcretio q̄ ꝑ ſal. Aqua igit eſt pnia. vinū men
tis exultatio. ſal ſapia. ſicut in ꝑcedenti ti. ꝓbatū
eſt cinis pnie humilitas. Vn̄ de niniuitis dr̄: q: rex
ipſe ſurrexit de ſolio ſuo: ⁊ indutus eſt ſacco ⁊ ſedit
in cinere. Hinc ⁊ Dauid inq̄t. Quia cinerē tanq̄ pa
nem mādu cabā ⁊c̄. Hinc ⁊ abraam. Loquar inquit
ad dn̄m meū cū ſim puluis ⁊ cinis. ¶ Scd̄o mō aq̄
eſt ppl's ſeu humanitas: q: aque multe ꝓpl'i multi:
vinū deitas: ſal doctrina diuine legis q̄ eſt ſal ſede
ris: cinis q̄ ꝯſum at memoriā dn̄ice paſſionis. Vinū
aque mixtū xp̄s deus ⁊ homo. Per fidem em̄ dn̄ice
paſſionis q̄ ꝑ doctrinā diuine legis habet. Ppl's ꝑ
aquā ſignatus: ꝑ fidei vnionem ꝯiungit capiti ſuo
deo ⁊ homini. ¶ Tertio mō pōt dici ꝙ h̄ aqua be-
nedicta ſpm̄ ſignificat ſine cuius flatiōe nihil vnq̄
ſanctificat ſine cuius gr̄a non fit remiſſio pctōꝝ. ꝙ
ſpūſſanctus aqua vocet ipſa veritas oſ̄ndit dicens.
Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aq̄
viue: qd̄ euāgeliſta exponēs dixit: hoc aūt dixit de
ſpūſctō quē accepturi erant credentes in eū. ¶ Et
nota ordinē ſacramēti exterius aqua: interius ſpm̄
eccl'ia ꝯſecrat. Hoc eſt em̄ qd̄ dn̄s ait. Niſi q̄s rena
tus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto ⁊c̄. Ecce aqua. Ecce
ſpūs. In baptiſmatis em̄ ſacro nec aqua ſine ſpū:
nec ſpūs eſt ſine aqua. qd̄ quidē ipſe ſpūs ſanctifi-
cabat qui in ꝑma mūdi creatione ferebat ſuꝑ aq̄s.
Hac ḡ aqua ⁊ ipm̄ altare ⁊ totū iterius templū qm̄
illud ſimul ⁊ altare dedicant aſꝑgit. Licet igit ſpi
ritus ⁊ aqua ad baptiſmi ꝯſecratōis eccl̄ie ꝑfectio
nem ſufficerent: tn̄ ſancti pr̄es qui hoc ꝯſtituerunt
voluerūt nobis ſatiſfacere nō ſolū in his q̄ ad virtu
tem: verūetiā in his q̄ ad ſanctificationē ꝑtinēt ſa-
cramēti. ideoqꝫ appoſuerūt ſalem vinū oleū cinerē
⁊ chriſma. Non em̄ chriſma vel oleū Philippus qn̄
eunuchum baptizauit. Act. viij. c. Alteꝝ ḡ hoꝝ de-
eſſe nō dꝫ ⁊ ſimul cōmiſceri debēt: q: ppl's dei qui ē
eccl'ia ſine his ſimul iunctis nec ſanctificat neqꝫ a
peccatis ſoluit. De h̄ etiā tāget ſub ti. de ꝯſe. De aq̄
quidem manifeſtū eſt: q: niſi q̄s renatus fuerit ⁊c̄.
De ſale etiā q: ſine fidei ꝯdimēto qd̄ in ſale ſignifi-
cat nemo vnq̄ ſaluari poterit quātūcūqꝫ aq̄ baptiſ
matis aſꝑgat. De vino qꝫ ꝑ qd̄ ſpūalis diuine legis
intelligentia deſignat. Vn̄ dn̄s in nuptijs aquā in
vinū ꝯuertit. Si q̄s vo aſꝑſus nō fuerit. i. quicūqꝫ
de eo nō biberit: vel ꝓpinātibus non crediderit ad
vite eterne beatitudinē nō ꝑueniet. Cineris etiā
aſꝑſio ꝑ quē pnie humilitas intelligit tā neceſſaria
eſt vt ſine ea non fiat in adultis remiſſio pctōꝝ. per
ipſam em̄ venit ad baptiſmū. ⁊ ipſa eſt ſingulare re-
fugiū pctōribus poſt baptiſmū. Unde ⁊ nō imerito
baptiſmus vocat dicente dn̄o in euāgelio de Io. q:
venit in vniuerſam regionē galilee p̄dicās baptiſ
mū pnie i remiſſionē pctōꝝ. Et nota quattuor gr̄a
eſſe aque bn̄dicte: de qua in quarta p̄te dicet ſub
ti. de aque bn̄dicte aſperſione. His oibus ꝑmiſſis
pontifex quattuor cruces cū aqua ipſa in quattuor
cornibus altaris ⁊ vnam in medio facit. Quattuor
cruces repreſentāt quadruplicē charitatē quā hi q̄
ad altare accedūt hr̄e debēt. ſ. vt diligant deū ſeip-
ſos amicos ⁊ inimicos. De quibus quattuor corni-
bus charitatis dr̄ Gen̄. xxij. Dilataberis ad orien-
tem ⁊ occidentē ſeptētrionē ⁊ meridiē. ⁊ ideo quat
tuor cruces in quattuor cornibus fiunt ad deſignā-
dum ꝙ xp̄s ꝑ crucē quattuor mundi p̄tes ſaluauit.
ſcd̄o fiunt ad ſignificandū ꝙ quattuor modis cru-
cem dn̄i portare debemus. ſ. in corde' ꝑ meditatōes
in ore: ꝑ ꝯfeſſionē: in corpore ꝑ carnis mortificatio-
nem ⁊ in facie ꝑ aſſiduā impreſſionē. Crux i medio
altaris ſignificat paſſionem quā chriſtus in medio
terre ſubijt ꝑ quā opatus eſt ſalutē i medio terre. i.
in hierlm̄. ¶ Deinde ſepties altare pontifex circuit
Primo ad ſignificandū ꝙ ipſe dꝫ pro oibus curam
impendere ⁊ vigilantiā hr̄e que ꝑ circuitū deſignat
Unde tūc cantat. Inuenerūt me vigiles qui circui
bant ciuitatē. dꝫ em̄ ſollicite vigilare ſuꝑ greges ſi
bi cōmiſſos. nam vt ait Gilbertus. Ridiculoſa res
eſt ſpeculator cecus precurſor claudus: prelatus ne
gligēs: doctor inſipidus: ⁊ preco mut'. Scd̄o ſepte-
nus circuitus circa altare ſignificat ſeptē meditā
tiones quas circa ſeptemplicem virtutē humilitatis
chriſti hr̄e debemus ⁊ ꝑ ipſas circuire frequenter.
Prima virtus eſt ꝙ de diuite fact' eſt pauꝑ. Scd̄a
ꝙ in preſepio poſitus. Tertia ꝙ parentibus ſubdi-
tus. Quarta ꝙ ſub manu ſerui caput inclinauit.
Quinta ꝙ diſcipulum furem ⁊ ꝓditorem ſuſtinuit.
Sexta ꝙ ante iniquum iudicem manſuetus ſtetit.
Septima ꝙ pro crucifigentibus clemēter orauit.
¶ Tertio ꝑ ſeptem circuitus ſeptē vie chriſti ſigni-
ficant. Prima fuit de celo in vterū. Scd̄a de vtero
in preſepiū. Tertia de preſepio in mundū. Quarta
de mundo in patibulum. Quinta de patibulo in ſe
pulchrum. Sexta de ſepulchro in lymbū. Septima
de lymbo in celū. Cōſequēter ep̄s aſpergit altare.
Quid autem altare in templo ſignificet ap'ls dicit.

Tēplum eñ dei eſt qḋ eſtis vos. Si ergo tēplū dei ſumus altare habem᷒. Altare nr̄m eſt cor nr̄m. hoc eñ eſt cor in hoīe qḋ altare in templo. In hoc altari fit ſacrificiū laudis ⁊ iubilationis iuxta illud p̄s. Sacrificiū deo ſpūs ⁊c. In hoc altari fit cōmemoratio corꝑis ⁊ ſanguinis xp̄i. Hinc p̄ces ad celū aſcēdūt: q: ad cor reſpicit deus. iiij. q. v. ſi qḋ. Hoc igitur altare aqua aſꝑgitur qñ corda hoīm ꝑ euāgelicā p̄dicationē a pctis mūdanf. Nā p̄dicatio aqua ē. Iuxta illud. Oēs ſitiētes venite ad aquas. Hac igitur aqua. i. p̄dicatione euāgelica ⁊ ſcti ſpūs ſcificatiōe ⁊ altare cordis ⁊ totus hō mūdaf ⁊ ſanctificaf. Cōſecratur etiā altare cordis ꝑ conceptum timoris vt initief ad bonū ⁊ ꝑ effectū amoris vt ꝯfirmef in melius. nā initiū ſapiētie timor dñi. Septies aūt altare aſpergitur aqua ad notandū ꝙ in baptiſmo ſeptē dona ſpūſſancti tribuunf. Per hoc ēt figuraf ꝙ habere debem᷒ memoriā dñice paſſionis. Septē nāq; aque aſꝑſiōes ſunt ſeptē ſanguis xp̄i effuſiōes. Prima fuit in circūciſione. ſecūda in oratione qñ ſudor eius fuit ſicut gutte ſanguis. tertia in corꝑis flagellatione. quarta in capitis coronatiōe. quinta in manuum ꝑforatiōe. ſexta in pedū cruci affixione. ſeptima in lateris apertione. Quidā vō ter aſpergūt: q: in ſancte trinitatis noīe baptizaf: vel q: eccl'ia a peccatis cogitationis locutionis ⁊ operis emūdatur. vñ ⁊ tunc miſerere mei dicif. Fiunt inſuper hmōi aſꝑſiones cū aſperſorio de yſopo facto. per quā herbā que humilis eſt. xp̄i humilitas cōgrue deſignatur. qm̄ p̄dicte ſanguinis effuſiones facte fuerunt cum yſopo humilitatis xp̄i inextinguibilis charitatis q̄ aſperſa eccleſia catholica mundatur. Hec etiā herba naturaliter creſcit in petra: et humilitas nature creuit in xp̄o petra. Nam iuxta apoſtolū. Petra autē erat xp̄s. Calide etiā nature ē: ⁊ xp̄i humilitas corda frigida ad exercēda opa charitatis accendit. Itē eius radices ſaxa penetrāt ⁊ humilitas duritias abſtinētie cōfringit. Ualet ad pect᷒ ⁊ ꝯ tumorez. ⁊ hic tumorē ſupbie ſanat. Itē naſcitur ⁊ renaſcif ⁊ radicatur in terra. Vñ ſi ꝑ eam tota fidelium multitudo intelligi poſſit: p̄cipue tñ illi ꝑ yſopū figuranf q̄ in xp̄i fide radicati ⁊ fundati ab ei᷒ amore euelli ⁊ ſepari nō poſſunt. ꝑ quos quid meli᷒ ꝙ ep̄os ⁊ p̄ſbyteros intelligere poſſumus qui quāto maiorē in eccleſia obtinent dignitatem: tanto firmius xp̄i fidei inherere debent. Per hos ſiquidē aſꝑgitur aqua: ꝑ hos ⁊ ab his baptizātur xp̄i fideles. his datū eſt ꝑficere baptiſmatis ſacr̄a. Duz vero altare aſpergif ep̄us cantat. Domus mea domus orōis eſt ⁊c. Et iterum. narrabo nomen tuū fratribus meis. Et q: ſine deo nullum opus perficitur: in conſummatione orat vt exaudiātur ingredientes ibi bñficia petituri. Cōſequēter qñ eccl'ia ſimul ⁊ altare cōſecranf tota eccl'ia aqua illa aſꝑgitur ꝓut in p̄cedēti ti. tactū fuit: quo facto pontifex ad altare cum p̄s. accedit ⁊ reſiduū aque infunditur ad baſim altaris. ſicut in veteri teſtō reſiduum ſanguinis fundebatur in crepidinē qḋ idē eſt ꝙ baſis. ꝑ quod ſignificaf ꝙ reſiduum qḋ excedit vires humanas in tāto ſacro deo cōmēdatur q̄ eſt ſumm᷒ ſacerdos cui᷒ eſt alioꝝ ſacerdotū ſupplere defectū. Sepulchꝝ vō ſiue foramē i q̄ reliquie recōdi dñt ſignificat vrnā aureā plenam mñna que in archa teſtimonij poſita erat ꝓut ſub ti. de altari dictū eſt. Siquidē ſepulch.ū hmōi qḋ a q̄buſdā cōfeſſio nuncupaf eſt cor nr̄m. qḋ q̄ttuor crucibus de chriſmate factis cōſecratur: q: q̄ttuor ſunt virtutes in libro ſapientie deſcripte. ſ. prudētia: fortitudo: tēperantia ⁊ iuſticia. quib᷒ cor noſtꝝ quaſi iungitur dum ad ſuſcipienda ſecretoꝝ celeſtiū myſteria ꝑ donum ſcti ſpiritus p̄paratur. Fit autez ſepulchrum hoc qñq; ex ſuperiori parte altaris ⁊ qñq; ex latere anteriori. Sane ſiue ſanctorū reliquijs aut vbi illi habere non poſſunt: ſine corꝑis xp̄i nō fit cōſecratio altaris ſiri. de conſe. diſt. j. de fabri. ⁊. c. placuit. ſed viatici vel portatilis ſic. ca. di. cōcedimus. Reliq̄e ſiq̄dē ſunt exēpla vtriuſq; teſta. auctēs paſſionis martyrū ⁊ vita ꝯfeſſorū q̄ nobis ſunt ad imitationē relicta. Hec in capſa recondim᷒ cū ad imitādū ea in corde retinemus: ꝙ ſi audiuim᷒ ⁊ intelligimus ⁊ opa nō facim᷒ magis eſt ad dānationē ꝙ̄ ad ſalutē: q: nō auditores legis iuſti ſunt apud deum. ſed factores tñ. vnde apoſtolus dicit. Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Solennis vō reliquiarū depoſitatio fit ad imitationē eius ꝙ ſicut legitur in Exo. In archa teſta. erant duo circuli aurei totū lignuz penetrātes. xxxvj. di. ſ. cccc. ⁊ per eos vectes de lignis ſethin deaurati immittebanf quib᷒ archa ferebatur. Et priuſq̄ pontifex intret eccl'iaz circuit eam cū reliquijs vt ſint illius eccleſie ꝓtectores. Legitur q̄. iij. Reg. viij. c. ꝙ in templi dedicatione cōgregati ſunt omnes maiores natu iſrael cum principibus tribuum ⁊ duces familiarum ad regez Salomonem in hieruſalem vt deferrent archaz federis domini veneruntq; cuncti ſenes de iſrael ſacerdotes aūt intulerunt archam federis dñi in locuz ſuum in oraculum templi in ſctā ſctōꝝ ſubter alas cherubin. Siquidē cherubin extēdebant alas ſup locū arche ⁊ ꝓtegebāt illam vectes ei᷒. Rex aūt ſalomon ⁊ oīs multitudo iſrael que ad eū ꝯuenerāt gradiebaf cū illo ante archā. In cuius quidē rei teſtimonium p̄lati: magnates ⁊ apoſtoli ꝓuincie hodie cōueniunt ad eccleſiarum dedicationē ⁊ ſequuntur ꝓceſſionaliter ꝯſecrātē: ⁊ reliquie ꝑ ſacerdotes ſub papiliōe ſeu vmbraculo ſolēniter depoſitātur. Deinde pontifex priuſq̄ eccl'iam cū illis ingrediatur: ſermonē facit ad ppl'm. Nā ⁊ ſalomon archa depoſitata cōuertit faciē ſuam ⁊ bñdixit oī eccl'e iſrl': ⁊ ꝑ oratibus in eccl'ia orauit. Oīs eñ eccl'ia iſrael ſtabat ⁊ ait ſalomon. Bñdictus dñs deus iſrael ⁊c. ꝓut legitur ibidem. Reconduntur aūt reliq̄e ſctōꝝ cum trib᷒ granis thuris in capſula: q: exēpla ſanctorum cum fide trinitatis. i. patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti debem᷒ in memoria retinere. Nā debemus credere vnum deum vnam fidem: ⁊ vnum baptiſma. q: iuſtus ex fide viuit: ſine qua ſicut dicit apoſtolus. Impoſſibile eſt placere deo. Supponif ⁊ aptatur ipſi ſepulchro quedaz tabula ſigno crucis et criſmate roborata. Siquidē per chriſma intelligitur ſpūſſancti donū quo

tabula id eſt charitas ſup iniungitur:q: coꝛ nr̄m ad
obſeruāda ſecreta celeſtia ſpiritusſancti gr̄a roboꝛa
tur. Tabula ergo h° ſigno roboꝛata reliquijs ſuppo-
nitur:q: p exēpla ſanctoꝝ charitas accendit̄ q̄ ope-
rit multitudinē peccatoꝝ ſicut ꝛ tabula reliq̄as ope
rit. vñ apl's. Charitas dei diffuſa eſt in coꝛdib' nr̄is
p ſpm̄ſctm̄ qui dat' eſt nobis. Hec aūt tabula ſiue la
pis ꝯtinet ſiue dr̄ ſigillū ſepulchꝛi ſicut ait Alexāder
papa. iij. ex tra de ꝯſe. ec. vel al. c. j. Poſtea vo lapis
q̄ mēſa altaris dr̄ ſup altare adaptat̄ p quē pfectio-
nē ꝛ ſoliditatē noticie dei poſſum' intelligere q̄ non
ꝓpter duritiē:ſed ꝓpter ſoliditatē fidei lapidea cē
dz. de ꝯſe. di. j. altaria. ſicut dñs ait petro. Tu es pe
trus ꝛ ſup hāc petrā. ſ. hāc fidei firmitatē. edificabo
eccleſiā meā. l. diſt. fideliotz. Sicut eñi mēſa ꝯfirma-
tio ꝛ pfectio altaris eſt:ita noticia dei cōfirmatio ꝛ
pfectio eſt oīum bonoꝝ. Uñ dr̄ in ſapiētia ad deum.
Noſcere eñi te conſūmata iuſticia eſt:ꝛ noſcere iu-
ſticiā tuā ꝛ virtutē tuā radix eſt immoꝛtalis. Et dñs
per hiere. In hoc gloꝛiet̄ qui gloꝛiat̄ ſcire ꝛ noſcere
me. Uel per ipm lapidē xp̄s itelligitur de quo dicit
apl's. Ip̄o ſummo angulari lapide xp̄o ieſu. p lapi-
dē quidē xp̄i humanitas deſignatur. De quo in Da
niele legitur q lapis abſciſus eſt de monte ſine ma
nibus:quia xp̄s de beatavirgine que ꝓpter eminē
tiam virtutum mōs dicit̄ ſine virili ſemine mirabili
ter eſt natus. ꝛ factus in montem magnū: totum re
pleuit oꝛbem terrarum. De quo ēt per ps̄. dicit̄. La-
pidem quē repꝛobauerunt edificātes hic fact' eſt in
caput anguli. qm̄ xp̄s quē edificantes. i. iudei repꝛo
bauerunt dicētes. Nolum' hunc regnare ſup nos. h
factus eſt in caput anguli:q: ſicut ait apl's. Exalta-
uit illū deus ꝛ dedit illi nomē ꝛc. Uel p lapidē: cha-
ritas intelligitur vt p̄miſſuz eſt:qui dz eſſe magnus
ꝛ latus. qm̄ latū eſt mādatum charitatis. quod etiā
ad inimicos extēditur iuxta pceptū dñi. Diligite
īquit inimicos veſtros. Nō ergo vngunt̄ altaria ni-
ſi lapidea:q: xp̄s per altare ſignificatus eſt lapis ex
creſcens in moꝛte: vt dictū eſt. ip̄e eſt mōs pinguis
oleo leticie pꝛe conſoꝛtibus ſuis vnctus. Uerūtamē
in Exo. legitur dñm p̄cepiſſe fieri altaria de lignis
ſethim. que ſunt imputreſcibilia:ꝛ altare lateraní li-
gneum eſt. Salomon quoq3 fecit altare aureū: put
legit̄. iij. Reg. viij. c ſed illa facta ſunt in figura. Et
in comitatu ꝓuincie in caſtro ſancte Marie de ma
ri eſt altare terreū qd̄ ibi fecerūt maria magdalena
ꝛ martha ꝛ maria iacobi ꝛ maria ſalomōe. Poſt hoc
aſperſo altari ꝛ cū aqua baptizato reſtat vt oleo ꝛ
criſmate liniat̄. Ep̄s eñi ſupinfundit oleū ꝛ criſma ꝛ
cātat. Erexit iacob lapidē in ti. fundens oleū deſu
per. Illa eñi eccl'ia fuit titulus altariū:q: de ſyon exi
uit lex ꝛ verbū domini de hierl'm. Faciens pꝛimo ſu
per illo quinq3 cruces ex oleo infirmoꝝ ſm oꝛdinem
romanum. ſm quaſdam vero alias eccl'ias dextroq3
oleo vnam in medio ꝛ quattuoꝛ in coꝛnibus poſtea
modo totidem ex criſmate. ſane per oleū ſpūſſancti
gratia intelligitur de quo dicit Eſa. pꝛopheta cōpu
treſcet iugū a facie olei:q: ſicut epiſcopus oleū ifun
dit ſup altare ita xp̄s q̄ ē ſumm' pōtifex effūdit gra-
tiam ſuper altare nr̄m quod eſt coꝛ noſtrū q: ipſe eſt
diſtributio oīm gratiaꝝ p ſpm̄ſctm̄ ſicut dicit apl's
Alij dat̄ ſermo ſapiētie. alij ſermo ſcientie. alij fides
alij gratia ſanitatū ꝛc. Et ſicut per oleū ep̄s purifi
cauit menſaꝫ altaris:ita ꝛ ſpūſſanct' purificat coꝛ no
ſtrū ab oībus vitijs ꝛ peccatis. Xp̄s quoq3 oleo fu-
it vnct'. nō quidē viſibili:ſed inuiſibili. i. gratia ſpi
ritusſancti. Unde dauid. Unxit te de' deus tu' oleo
leticie pꝛe conſoꝛtibus tuis id eſt plus q̄ omnes ſan
ctos qui fuerūt participes gratie eius id eſt chꝛiſti
Unde vnctio expꝛeſſius ꝯuenit chꝛiſto q̄ alijs:quia
pꝛe omnibus alijs vnxit eum deus ad habendū ple-
nitudinem bonoꝛū:ideoq3 & expꝛeſſius dicitur vnctus. Un-
ctio quoq3 ex oleo miſericoꝛdiam ſignificat. iuxta il
lud euangelij. Unge oleo caput tuum ꝛ faciem tuā
laua:q: ſicut oleum in liquoꝛibus:ita ꝛ miſericoꝛdia
in bonis operibus ſuperioꝛ eſt. quēcū q3 eñi liquoꝛē
oleo ſuperinfundas illud ſemp deſup natat. De mi-
ſericoꝛdia vero ſcriptū eſt. Suauis dñs vniuerſis ꝛ
miſeratiōes ei' ſup oīa opera eius ꝛ miſericoꝛdia ſu-
peraltat iudiciū. Hoc igit̄ oleo liniatur altare coꝛ-
dis noſtri:vt ſemp miſericoꝛdie memoꝛes aſperſio-
nis aque ꝛ regeneratōis baptiſmi ꝛ effectū nō amit
tamus. Quinq3 cruces de oleo ſignificant q memo
riā quinq3 paſſionū xp̄i quas p nobis in cruce ſuſti
nuit ſemp habere debem'. Ip̄e nāq3 quinq3 plagas
ſuſtinuit ſcꝫ in manib' in pedib' ꝛ i latere. Deſignāt
etiā quinq3 paſſiones miſericoꝛdie que nobis ſunt
neceſſarie. Neceſſe eñi eſt vt hō miſereat̄ xp̄o paſſio
ni eius cōpatiendo. vnde Iob in pſona xp̄i. Miſe-
remini mei miſeremini mei ꝛc. Opoꝛtet etiā vt ho-
mo miſereatur pꝛoximo cui' mala videt. vnde in ec-
cleſiaſtico. Miſeratio hominis circa pꝛoximū ſuum
Et ſibiip̄i ꝛ hoc tripliciter ſcꝫ pꝛo cōmiſſis plāgēdo
illa. Unde Hiere. Nullus eſt qui agat penitentiā ſu
per peccato ſuo:dicēs. Quid feci. Pꝛo omiſſis. vñ
Iſa. Ue mihi q: tacui. i. q: nō ſuꝫ locut' q. d. q: omi
ſi bonū qd̄ facere potui:ꝛ p bonis min' pure factis.
vñ Luc. Cum bona omnia feceri' dicamus q ſer-
ui inutiles ſum' ꝛc. q. d. bona fecim' nō bñ non pure
ꝛ ideo inutiliter fecim'. ſicut faciens elemoſynā ad
vanā gloꝛiā bonum facit:ſed nō bene non pure. De
hac triplici miſeratione dr̄. Eccle. Miſerere aīe tue
placēs deo:q: vera cōpaſſio mētis dz eſſe cū exhibi
tione opis:ideo bis fiunt cruces. pꝛimo d̄ oleo poſt
modum de criſmate:vnde ps̄. Beatus qui mi. ꝛ cō.
qui mēte miſeretur ꝛ cōmodat ope. Et qm̄ non ſuffi
cit hr̄e cōpaſſionē in mente cū boni opis exhibitiōe
abſq3 odoꝛe bone fame. iuxta illud euāgelij. Sic lu-
ceāt opa vr̄a vt gloꝛificetur deus:ꝛ ideo fiūt cruces
de criſmate qd̄ cōſtat ex balſamo ꝛ oleo: Balſamū
quidē ꝓpter bonū odoꝛē ſignificat bonā famā. oleū
pꝛopter claritate nitoꝛē conſciētie quā habere debe
mus. iuxta illud apli. Gloꝛia nr̄a hec eſt teſtimoniū
cōſciētie noſtre. extra de ſa. vnc. c. j. Tunc aūt balſa
mū oleo recte ꝯiungitur qm̄ bon' odoꝛ mſe additur.
¶ Ruſus p quinq3 cruces de oleo ꝛ criſmate quin
q3 ſenſus coꝛpis nr̄i intelliguntur qui duplicātur ꝛ in
denariū ſurgunt:q: quādoq3 in ſenſibus coꝛpis he-

ne vtendo ⁊ noſmetipſos cuſtodimus ⁊ alios exem
plo ⁊ doctrina nr̃a in bono opere ꝯfirmamus. vñ il
le bonus negociator glorīabatur dicens. Ecce alia
quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Dñ aũt fiũt ille premiſſe
inunctiões cantaᷓ. Unxit te deus deus tuus. qđ de
chriſto dictũ eſt. ❡ Ter ḡ altare inungiᷓ: bis oleo:
tertio chriſmate: qm̃ eccl'ia fide: ſpe: charitate q̄ ma
ior eſt ceteris inſigniᷓ: ⁊ dum chriſma infundiᷓ can
taᷓ. Ecce odor filij mei ſicut odor. a. p. Hic ager eſt
eccl'ia que floribus vernat virtutibus ſplendet: opi
bus flagrat vt vbi ſunt roſe martyꝝ lilia virginum
viole ꝯfeſſoꝝ: ⁊ viror incipientium. ❡ Poſt vnctões
adoleᷓ incenſum qđ deuotionẽ oratiõis ſignificat.
Qui eñi hꝫ ſeptem dona ſpũſſancti: aſſimulatus eſt
deo: deuotam põt illi offerre orationẽ cuius habet
ſimilitudinẽ. ❡ In quinqꝫ locis adoleᷓ videlꝫ in q̃t-
tuor angulis ⁊ in medio: q: ſic quinqꝫ ſenſus corꝑis
exercere debemus: vt fama boni oꝑis nr̃i vſqꝫ ad ꝑ
ximos extendaᷓ. De qua dicit apl's. Chriſti bonus
odor ſumus in omni loco. extra de ſac. vnc. ca. j. Et
in euangelio. Sic luceat lux veſtra ⁊c̃. Ad h' incenſi
frequentatio eſt ꝯtinua chriſti ſacerdotis atqꝫ pon
tificis pro nobis apud deum patrem interpellatio.
Crucem cũ incenſo facere eſt eius paſſionem patri
oſtendere ⁊ ip̃m pro nobis interpellare. Incenſum
copioſe in medio ⁊ in angulis cõburere eſt oratões
per hieroſolymã ⁊ in vniuerſali eccl'ia multiplicare
Conſequẽter altare cũ ſigno crucis ꝯfirmaᷓ dicen-
do. Confirma hoc deus ⁊c̃. q̄ ꝯfirmatio ex criſmate
a pontifice i fronte lapidis facta ſignificat ꝯfirma
tionem que quotidie fit a ſpũſancto ꝑ charitatẽ in
altare cordis vt nulla tribulatio cor nr̃m a charita-
te dei valeat ſeparare: vñ dicebat apl's. Quis ſepa
bit nos a charitate xp̃i: tribulatio an anguſtia ⁊c̃.
Et ſubiungit gl'ia patri claus trinitati canteᷓ. Ulti
ma altaris benedictio ſignat illam finalẽ bñdictio-
nem qñ diceᷓ. Uenite bñdicti p̃ris mei ⁊c̃. Deinde
altare lintheo candido extergeᷓ ad notandũ ꝙ cor
nr̃m caſtitate vite mundare debemus. Deinde be-
nedicunᷓ vaſa veſtes ⁊ lintheamina diuino cultui
deputanda. Nam ⁊ moyſes ꝑ. xl. dies edoctus eſt
a dño facere lintheamina ⁊ ornamenta in tẽplo ne-
ceſſaria. Nempe vtenſilia bñdicere eſt oꝑa nr̃a ad
deũ referre. Poſt h' altare albis ⁊ mũdis pannis ve
ſtitur de quo ſub ti. de altari dictũ eſt. ❡ Poſtremo
ornaᷓ eccl'ia ⁊ accenduntᷓ luminaria: tũc eñi oꝑa iu
ſtoꝝ ſplendeſcẽt: tũc fulgebũt iuſti ⁊ tanq̃ ſcintille
in arũdineto diſcurrẽt. Et inde ſuꝑ altare h' ordine
ꝯſecrato miſſa celebraᷓ ⁊ ſacrificiũ altiſſimo offerᷓ.
Illud videlꝫ de quo ꝓpha ait. Sacrificiũ deo ſpũs
ꝯtrib. ⁊c̃. put diceᷓ in ꝓhemio quarte ꝑtis. Nõ eñi
dꝫ fieri ꝯſecratio ſiue miſſa ſm̃ Gelaſium papam.
de ꝯſe. di. j. oẽs. q: tũc reuelaᷓ ſacramentũ qđ etiã
angelis ab initio fuit abſconditũ. Et attende qm̃
in aſperſione baſilice põtifex lineis dũtaxat ⁊ mino
ribus vtiᷓ indumentis: ſed in miſſa veſtibus ornaᷓ
pontificalibus ⁊ precioſis: recolens ꝙ legalis pon-
tifex in lineis ſanctuariũ expiabat: et poſt lotus in
pontificalibus in holocauſtũ arietẽ offerebat. Sꝫ

quia in eiſdẽ lineis hyrcũ emittebat poſt expiatio
nem. ideo etiam in ꝯſecratione fontiũ ⁊ immerſiõe
cathecuminoꝝ vbi peccata coꝝ transferunᷓ: quidã
vtuntur ſimplicibus ⁊ lintheis indumentis.

❡ De ꝯſecrationibus. ⁊ vnctionibus. Rubrica.

LEgitur dñm precepiſſe moyſi vt ꝯfice-
ret chriſma: quo vnguento vngeret ta
bernaculũ dedicatiõe ⁊ archam teſta-
menti menſamqꝫ cũ vaſis: ⁊ quo filij ſa
cerdotes ⁊ reges inungerenᷓ. de ꝯſe.
diſt. j. §. j. Moyſes. tñ non legiᷓ fuiſſe vnctus niſi
vnctõe ſpũali ſicut ⁊ chriſtus. Uoluit itaqꝫ chriſtus
nos vnctõe materiali inungi: vt ex illa ꝯſequamur
ſpũalem: et ideo pia mater eccl'ia diuerſas exhibet
vnctiones. De quibus hic aliqua ꝑſtringamus di-
centes. Primo quid hmõi ſignificent vnctiones.
Scđo ex quibus fiant. Tertio de vnctione bapti-
zandoꝝ. Quarto de vnctione baptizatoꝝ que per
ep̃m fit in fronte. Quinto de vnctiõe ordinandoꝝ.
Sexto de vnctione ꝯſecrandoꝝ ep̃oꝝ et ꝑncipum.
Septimo de vnctione eccl'ie altaris calicis ⁊ alioꝝ
miniſterioꝝ eccl'iaſticoꝝ. Octauo de extrema vn-
ctione. Nono de ꝯſecratione ⁊ bñdictione cimiterij
veſtium ⁊ alioꝝ ornamentoꝝ eccl'iaſticoꝝ. Decimo
de ꝯſecratione ⁊ bñdictione virginũ. Circa ꝑmum
igitur notandũ eſt ꝙ due ſunt ſpẽs vnctiõis. extra
de ſac. vnc. c. j. exterior. que materialis ſiue corpora
lis ⁊ viſibilis eſt: ⁊ interior que ſpũalis ⁊ inuiſibilis
eſt exterior i viſibilr̃ vngiᷓ corpus. De ꝑma Iacob'
apl's ait. Infirmaᷓ quis ex vobis: inducat p̃ſbyte-
ros eccl'ie ⁊ orẽt ſuꝑ eum vngentes eũ oleo in noĩe
dñi. ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmũ. De ſcđa Iaco.
apl's ait. Et vos vnctionẽ. i. vnctio quã ab eo acce-
piſtis maneat in vobis vt non neceſſe habeatis vt
aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos
de oĩbus. ❡ Unctio exterior ſignum eſt interioris.
Interior vero non ſolũ eſt ſignum id eſt ſignatũ ſed
etiam ſacramentũ: q: ſi digne ſumiᷓ vel agit vel au
get abſqꝫ dubio qđ deſignat puta ſalutẽ. iuxta illđ
Suꝑ illos manus imponẽt: ⁊ bene habebũt. Circa
ſcđm ſciendũ ꝙ exhibendo exteriorẽ ⁊ viſibilẽ vn-
ctionẽ duplex oleũ benediciᷓ. extra de ſac. vnc. c. j.
videlicet oleũ ſanctũ vel cathecuminoꝝ quo cathe
cumini vngunᷓ et oleum infirmoꝝ de quo infirmi
vngunᷓ. De qua vnctione loquiᷓ dicta autoritas.
Infirmaᷓ quis ex vobis ⁊c̃. ❡ Qualiter autem fiũt
benedictiones vtriuſqꝫ olei ⁊ criſmatis in. vj. parte
ſub. v. feria cene domini dicetur. ❡ Sꝫ quare infir
mi ⁊ cathecumini oleo inunguntᷓ. Reſpondeo vt ex
viſibilibus inuiſibilia facilius capianᷓ. ſicut enim
oleum fugando infirmitatem recreat artus feſſo-
rum. ⁊ de ſui natura lumen preſtat: ſic credendũ eſt
ꝙ vnctio olei ꝯſecrati qđ eſt ſignũ fidei peccata fu
gando ſanitatẽ anime ꝯfert ⁊ lumen ei preſtat. Si
quidẽ oleũ viſibile in ſigno: oleũ inuiſibile in ſacra-
mento ⁊ oleũ ſpũale intus eſt. De oleo infirmoꝝ au
toritatẽ accepim' ab apl'is. De oleo cathecuminoꝝ
ab apoſtolicis viris: ⁊ lꝫ de' poſſit oleũ ſpũale ſine

coꝛpoꝛali tribuere:q: tñ apoſtoli pꝛo infirmis apo-
ſtolici viri pꝛo cathecuminis hac arte vſi ſunt non
ſine pctō omitti pōt qō eoꝝ autoꝛitas ꝯſecrauit:ꝑ
ut ſub ti.de altari dictū eſt ſicut ꝛ antiquitus iuſti
ſine circūciſione placuere deo:ſꝫ poſtꝙ eis ꝑceptū
fuit vt circūciderenť.hoc omittentes pctō ſubijcie
banť.xxxv.diſt.ab exoꝛdio.❡ Tertio dicendū eſt
de vnctiōe baptizandoꝝ.Et quidē in nouo teſtō.
extra de ſac.vnc.nō ſolū reges ꝛ ſacerdotes vngū-
tur:ſicut iā diceť.verūetiā q: xp̄s in ſanguine ſuo
fecit nos deo nr̄o regnū.ꝛ ſacerdotes.i.regales ſa-
cerdotes.iuxta qō petrus apl's ait.Uos eſtis genꝰ
electū.i.electi ex generibus hoim.regale ſacerdo-
tium.i.bn̄ vos regentes.oēs xp̄iani bis añ baptiſ-
mū inunguť.ſ.oleo bn̄dicto.pmo:in pectoꝛe. dein
de inter ſcapulas:ꝛ bis poſt baptiſmū.ſ. chꝛiſmate
ſacro.pmo in vertice.deinde ꝑ ep̄m in fronte:ꝛ ſm
Aug.ij.di.eccl'iaſticaꝝ.pme tres vnctiōes itrodu-
cte ſunt potius vſu ꝙ ꝑ aliquā ſcripturā. In pecto-
re quidē in quo eſt locꝰ coꝛdis baptizandus vngiť
oleo.Pꝛimo vt ꝑ ſpūſſancti donū abijciat erroꝛē:et
ignoꝛātiā ꝛ ſuſcipiat fidē rectā:q: iuſtus ex fide vi-
uit:ꝛ coꝛde crediť ad iuſticiā. Inter ſcapulas vō ꝛ
ꝑ ſpūſſancti grām excutiat negligentiā ꝛ toꝛpoꝛē ꝛ
exerceat bonā opationē:q: fides ſine opibꝰ moꝛtua
eſt:vt ꝑ fidei ſacrm̄ ſit munditia cogitationum. In
pectoꝛe vt ꝑ opis exercitiū ſit foꝛtitudo laboꝝ. In
ſcapulis quatenus fides ꝑ dilectionē ſm aplm̄ ope-
tur.Oleū igiť a coꝛde ad ſcapulas transferť qñ fi-
des q̄ mēte ꝯcipiť ope ꝑficiť:q: iuxta h̄ fides ē fa-
cere qō dicis. In vertice vō baptizatus chꝛiſmate
a ſacerdote inungiť vt ſit paratus oī poſcenti de fi-
de reddere rōnē:q: ꝑ caput mens intelligiť.iuxta
qō legiť.Oculi.i.intellectus ſapientis in capite.i.
in mente eius:cuius.ſ.mentis ſupioꝛ pars eſt rō: ꝛ
inferioꝛ ſenſualitas. Uñ bn̄ ꝑ verticem q̄ eſt ſupioꝛ
pars capitis intelligiť rō que eſt ſupioꝛ ps mentis.
De h̄ etiā in.vi.pte ſub ſabbato ſctō vbi agiť de cō
firmatiōe diceť. Ideo aūt ante baptiſmū vngitur
oleo bn̄dicto ꝛ poſt baptiſmū chꝛiſmate ſacro: quia
chꝛiſma ſolum cōpetit xp̄iano.Xp̄s em̄ a chꝛiſmate
dr̄ vel potius a xp̄o dr̄ chꝛiſma:nō ſm nois foꝛmā:
ſꝫ ſm fidei rōnē.A xp̄o vō xp̄iani dicunť tāꝙ vncti
deriuenť ab vncto.ſ.a xp̄o vt oēs ꝯcurrāt in odoꝛē
vnguēti illius.ſ.xp̄i cuius nomē oleū eſt effuſum:ſꝫ
ſm vim nois xp̄iani a chꝛiſmate dicunť ſm Iſido.
de h̄ diceť in ꝓemio ſcd̄e ptis.❡ Ruſus ſm Aug.
de ꝯſe.di.iiij.pma vnctio ex oleo oñdit nos ad au-
ditū plene fidei ꝑparatos:ꝛ ad bonū xp̄i odoꝛē vo
catos:ꝛ ad renunciandū diabolo eſſe cōmonitos.
Scd̄a vnctio in pectoꝛe ꝛ inter ſcapulas fit ſm Ra
banū eadē di.Deinde vt ꝑ fidē vndiꝗ muniamur:
ꝛ ad bona opa perficienda ꝑ dei grām roboꝛemur.
Nempe ꝑ pectus fidei virtus:ꝑ ſcapulas vō i qui-
bus onus poꝛtať hois robur ꝛ opatio recte intelli
giť.iuxta illō.xxvj.q.vlt.alligāt.Alligāt onera im-
poꝛtabilia ꝛ imponūt humeris hoim ꝛc̄.Ungiť ḡ in
pectoꝛe ꝛ inter ſcapulas:vt mēte ꝛ actu opa diabo-
li poſtponat:ꝛ vt ſit capax ad intelligendū verbum

dei:ꝛ robuſtus ad poꝛtādum iugum ipſius ꝛ onus
legis.Unctio que fit in vertice.i.in ſummitate ca-
pitis ſup cerebꝛum fit ſm ip̄m eadē diſt. poſtꝙ. et
diſ.v.nouiſſe.vt celeſtis regni pꝛiceps fiat inunctꝰ
ꝛ q: baptizati aīa capiti.i.chꝛiſto deſponſať: ꝛ pꝛo
pterea fit cum chꝛiſmate ex oleo ꝛ balſamo ꝯfecto
vt ſciamus ꝙ ſpūſſanctꝰ ei dať qui inuiſibiliter opa
tur oleum naꝗ feſſa membꝛa fouet ꝛ lumen ꝑſtat
vt pꝛemiſſum eſt.Balſamus vō redolere facit. Si-
quidem feſſa ſunt aīe membꝛa qñ penitet ſe contra
deum egiſſe ſpūſſanctus venit ad illam illumināſ
eius intelligentiā ꝛ demonſtrās ei pctā ſibi eſſe di-
miſſa vel dimittenda ꝛ pꝛeſtans illi bona opa que
in alijs bonū inſpirant odoꝛē:qō ꝑ fragrantē balſa
mū deſignať. Itē q: ſedes ſupbie que ſemꝑ iuxta
ipſius nois ꝯſonantiā ſupioꝛa appetit in vertice eē
videť.ideo rite fit ibi hec vnctio ſub foꝛma crucis ꝛ
ſub noie humilitatis.Hanc vnctionē.Silueſt̄ r pa
pa fieri inſtituit ꝑ pꝛeſbyteros ꝓpter occaſionem
moꝛtis.Unde credibile eſt ꝙ ante eius tp̄s vtraꝗ
vnctio.ſ.ꝛ verticis ꝛ frontis ep̄o reſeruabať. Cum
em̄ gremiū dilatareť eccl'ie nec oibꝰ ep̄i valerent ꝑ
ꝯfirmationē accurrere.ideo ne ſine chꝛiſmatis vn-
ctione perirent:inſtituit vt a ſacerdotibus in verti
ce ſupꝛa cerebꝛū vbi eſt ſedes ſapientie vngerentur
ad robur ꝛ augmentū grē.Uñ ſi poſtea deceſſerint
dixit Ricardus in mitrali ꝙ pꝛo rata grē augmen-
tum ꝯſequenť ꝛ gl'ie.Uerūtñ ꝛ ſine vnctione credi-
mus ſolo baptiſmo ſaluari ꝛ ſine manus impoſitōe
ſpm̄ſanctū dari cui deus dare voluerit:ꝑut in acti
bꝰ aploꝝ legiť.Arnaldiſte tñ pfidi heretici aſſerūt
ꝙ nunꝙ ꝑ baptiſmū aque hoies ſpm̄ſanctū accipi-
ant nec ſamaritani baptizari illū receperunt donec
manus impoſitionē acceperūt.Sane vtraꝗ vnctio
fit ſm Rabanū.de ꝯſe.di.iiij.poſtea in modū cru-
cis ꝛ ab eo tpe diabolus in vaſe ſuo pꝛiſtino cogno
ſcens ſignū ſue interemptionis.i.ſancte crucis qua
interemptus eſt.iam ſibi deinceps illud ſciat alie-
num.i.a ſe alienatū.Fit ꝗ ſm eum.ea.diſ.deinde.
vnctio in pectoꝛe cū inuocatiōe trinitatis:vt nulle
reliquie latentis inimici in eo reſideant:ſed in fide
ſancte trinitatꝭ mens eius ꝯfoꝛteť:ꝛ ſuſcipiat ꝛ ha-
beat intelligentiā mandatoꝝ dei.Quiſquis ḡ fide
lis bis inungiť ꝑus oleo.poſtea ſilr̄ bis chꝛiſmate.
Pꝛimo in baptiſmo i vertice. Scd̄o poſt baptiſmū
in fronte.ſ.in ꝯfirmatione:q: etiā ſpūſſanctus bis
fuit aplis datus:vt diceť i.vj.pte ſub ſabbato ſctō
Quarto loco dicendū eſſet de vnctione que fit per
ep̄m in fronte baptizati: ſed de hoc diceť in ſexta
parte ſub ſabbato ſctō.Quinto loco circa vnctōeꝫ
oꝛdinandoꝝ notandū eſt ꝙ manus pꝛeſbyteri ab
ep̄o inunguť vt cognoſcat h̄ ſacramento ſe ꝑ ſpm̄
ſctm̄ ſuſcipere virtutem ꝛ grām ꝯſecrandi. Uñ ep̄s
eas inungēs dicit.Cōſecrare ꝛ ſanctificare digne
ris dn̄e manus iſtas ꝑ iſtā vnctionē ꝛ noſtrā bn̄di
ctionē:vt quecūꝗ ꝯſecrauerit ꝯſecrenť.ꝛ quecūꝗ
benedixerint benedicanť in noie dn̄i.xvj.q.j.§.h̄
inde.ꝛ extra de ſac.vnc.cap.i. Ideoꝗ viri deuoti
oſculantur manus ſacerdotum ſtatim poſt oꝛdina-

tionem eorum: credentes per hoc orationum illorum
⁊ bonorum participes fieri. Et vnguntur oleo ſacro:
vt opera miſericordie pro viribus ad omnes debeāt
exercere. Per manus enī opera per oleum miſericor-
dia deſignatur. Unde ſamaritan⁹ ille appropiās vul-
nerato vinum ſupinfudit et oleum vulnerib⁹ eius.
Unguntur etiā oleo vt humide ſint ad offerendum
deo hoſtiā pro peccatis ⁊ large ad cetera officia pie
tatis: nō aride ⁊ curue ad retinēdum. j.q.i. ſicut vin-
geri. Utrūq3 enī videlz gr̄a curationis ⁊ charitas di
lectionis per oleū deſignatur. Rurſus ideo impoſitio
manus cum oleo ſup caput ordinādi fit: q: p manus
opus p digitos dona ſpūſſancti: ⁊ p caput mens in-
telligitur. Manus ergo imponitur: q: donis ſpiritusſan
cti imbutus ad opa xp̄i mittitur. Sexto circa epōrum
⁊ principū vnctionē ſciendū eſt q̄ epōrum vnctio a
veteri teſtamēto ſumpſit originē. extra de ſacra vn-
ctio. c. j. Nam Leui. xxj. c. dicitur. Pontifex ſup cu
ius caput fuſum eſt vnctionis oleū ⁊ cuius manus
ſunt in ſacerdotio cōſecrate. Sane epiſcopus vngitur
chriſmate: qd̄ ſicut premiſſum eſt conficitur ex oleo
⁊ balſamo ⁊ vngitur illo tam in corpore q̄ in corde:
vt interius nitorem conſcientie q̄tum ad deū quod
per oleum: ⁊ exterius habeat odorem fame quo ad
proximum qd̄ per balſamum deſignatur. De nitore cō
ſcientie dicit apoſtolus. Gloria noſtra hec eſt teſti-
monium conſcientie noſtre. Nam omnis gloria filie
regis ab intus ſcz procedit. De odore bone fame idē
apoſtolus ait. Chriſti bonus odor. i. exemplū ⁊ imi-
tatio ſumus in omni loco: ⁊ alijs ſumus odor vite in
vitā. xxiij. q. iij. Nabuchodonoſor. in prin. quaſi dice
ret ſumus exēplum dilectionis ⁊ bone opinionis du
centis in vitam eternam. alijs odor mortis in mortē
id eſt inuidie ⁊ male opinionis ducentis in mortem
eternā. Debet enī epūs in ſe bonum habere teſtimo-
nium ⁊ ab his que ſunt intus: ⁊ ab his que ſunt fo-
ris vt cortina. i. fidelis cortinā. i. infidelē trahat ſcz
ad fidem. ⁊ qui audit: ſcz ad diſcendo ⁊ credendo di
cat veni ſcz predicādo ⁊ do. hoc vnguēto caput ⁊ ma
nus epi cōſecrantur. per caput enī mens intelligitur.
iuxta illud euangelij. Unge. i. hum lia caput tuum:
⁊ faciem tuam. i. cōſcientiā laua ſcz lachrymis. Per
manus opera deſignantur. iuxta illud in canticis ⁊c̄.
Manus mee. i. bona opera diſtillauerūt myrrhā. i.
dederunt alijs bonum exemplū. Caput igitur vngi
tur balſamo charitatis. Primo vt epūs diligat deum
ex toto corde ⁊ ex tota mente ⁊ tota anima ſua: ⁊ ēt
xp̄i exēplo proximum ſuum ſicut. ſ. ad id quod ſeipm̄.
Oleum enim in capite eſt charitas in mēte ſm̄ Gre
go. Secūdo caput vngitur propter autoritatem ⁊ di-
gnitatem: q̄m nō ſolum epūs: ſed etiā rex cōſecratur.
Tertio vt oſtendatur illius ſcz xp̄i tanq̄ eius vicari⁹
repreſentare perſonam. de que dicitur per prophe-
tam. Sicut vnguentum in capite ⁊c̄. Caput enī viri
eſt chriſtus. caput xp̄i deus qui de ſe dicit. Spirit⁹
dn̄i ſuper me eo q̄ vnxerit me ⁊ euangelizare paupe
ribus miſit me. Xp̄s enim caput noſtrū vnctus eſt
oleo inuiſibili. ipſe pro vniuerſa interpellat eccleſia:
epūs pro ſibi commiſſa. Manus vero vnguntur propter

myſterium ⁊ officium. Manus quidē que opera de
ſignant vnguntur oleo id eſt chriſmate pietatis ⁊ mi-
ſericordie. Primo vt epūs operetur bonū ad oēs: maxi
me autē ad domeſticos fidei nemini claudantur: om-
nibus aperiātur. iuxta illud. Manus aperuit inopi
⁊ brachium extēdit ad pauperē. Manus ar. da. ma
nus auara. manus tenacitate cōtracta aperiri non
pōt. Unguntur igitur vt ſanentur ⁊ aperiantur: ⁊ vt indi-
gentibus elemoſynas largiantur. Secundo vt oſten-
datur accipe poteſtatē bndicendi ⁊ cōſecrandi. Un̄
cum eas cōſecrator inungit. cōſecrare inquit ⁊ ſan-
ctificare inquit dn̄e digneris manus iſtas ⁊c̄. vt. ſ.
Tertio vt munde ſint ad offerendū hoſtias p pecca
tis. Et nota q̄ lz manus epi inūcte fuerint oleo cū
in preſbyterū ordinaretur: iterum chriſmate inungun
tur cum in epūm cōſecratur. extra d̄ ſac. vnc. c. vno. Si
quidem per manus opera per oleum ſpūſſancti vel
gratie copia. p baptiſmū qd̄ oleo admiſcetur in chriſ-
mate odor bone fame deſignatur. Eccleſia. xxiiij. qua
ſi balſamum non mixtum odor meus. Quia ergo in
operibus epiſcoporū ⁊ aliorum ſuperiorū plus q̄ in
alijs inferioribus munus ſpūſſancti apparere ⁊ odor
fame ſentiri debet. Iuxta illud. ij. ad Corinthios. ij.
Xp̄i bonus odor ſum⁹ deo. nā ⁊ in celeſti hierarchia
ſuperiores angeli inferioribus donis ⁊ gratia emi-
nent. lxxxviij. diſtin. ad hoc. idcirco in eorū cōſecra
tione manus alias oleo inuncte chriſmate rationa-
biliter inunguntur. Pollex etiam chriſmate confir-
matur: vt pollicis impoſitio cunctis proficiat ad ſa-
lutem. Nam more in veteri teſtamento non ſolum vnge
batur ſacerdos: verūetiam rex ⁊ propheta: ſicut in
libris Regum habetur. Unde dominus precepit he
lye. Uade ⁊ reuertere in domum tuam per deſertum
in damaſcum cūq3 perueneris illuc vnges Azael in
regem ſuper ſyriam ⁊ Ieu filium nanſi vnges regē
ſuper iſrael. Helyſeum autē filium ſaphat qui eſt de
Abel vnges prophetā pro te. Samuel quoq3 vnxit
Dauid in regem. Sed poſtq̄ ieſum nazarenum quē
vnxit deus ſpiritusſancto ſicut in actibus apoſtolorū
legitur: vnctus eſt oleo pre conſortib⁹ ſuis. qui ſm̄ apo
ſtolum eſt caput eccleſie que eſt corpus ipſius. prin-
cipis vnctio a capite ad brachiū eſt tranſlata vt prin
ceps a tempore chriſti non vngatur in capite: ſed in
brachio ſiue in humero. vel in armo in quibus prici-
patus cōgrue deſignatur. iuxta quod legitur. Fact⁹
eſt principatus ſuper humerum eius ⁊c̄. Ad qd̄ etiā
ſignandum. Samuel fecit poni armum ante Saul
cui dederat locum in capite menſe ante eos qui fue
rant inuitati. In capite vero pontificis ſacramēta-
lis eſt delinitio obſeruata: quia perſonā capitis ſcz
xp̄i qui eſt caput eccleſie in pontificali officio repre-
ſentat. Differt autē inter pōtificis ⁊ pncipis vnctio
nem: q: caput pontificis criſmate conſecratur. bra-
chium vero principis oleo delinitur: vt oſtendatur
quāta ſit differentia inter autoritatem pontificis ⁊
principis poteſtatē. Et nota q̄ ſicut in euangelio le
gitur quidam pater familias vocauit ſeruos ſuos
⁊ dedit illis decem mnas. Siquidem vocatio ſerui
eſt canonica electio epiſcopi que fit ſm̄ vocationē

domini vocantis Aaron extra de elect. tranſmiſſa. Mitra datur ei quando is q̇ ſibi man⁹ impoſuit dat ei textum euangelij dicēs. Uade p̄dica. ⁊ ipſe cū primo ingredit̄ ciuitatem ſuam prefert euangelium in pectore ſuo iuxta morem quarundam eccleſiarū oſtēdens quaſi negociator mnam ſuam. In quibuſdaꝫ etiam eccleſijs cum archiep̄s dat illi virgam dicit. Uade p̄dica. ⁊ ille ſtatim benedicit pp̄lm in quo ſignatur ꝙ moyſes cum virga miſſus eſt in egyptum. Rurſus ep̄i in die ſue conſecrationis conſueuerunt equitare equos albis pānis coopertos repreſentantes illud quod legitur in Apo. xix. Exercitus q̇ ſūt in celo ſequuntur illum in eq̄s albis. Siquidē exercitus qui ſunt in celo ſunt boni ⁊ iuſti viri ⁊ prelati qui quotidie ſequuntur pro celeſtibus deum in omnibus bonis operibus: qui ideo dicuntur eſſe in celo: quia ſola celeſtia diligunt ⁊ querunt. Unde Apoſtolus. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Hi exercit⁹: id eſt boni ⁊ iuſti viri ⁊ prelati ſequuntur ieſum quādo ſcilicet expugnant in ſeuitia per correctionē. ⁊ in proximis per admonitionem. vnde Jacobus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vite ſue liberabit aīam ſuam a morte ⁊c̈. Iſti exercitus ſunt in eq̄s albis ⁊ in corporibus caſtis. Corpora bonorum dicūtur equi: quia ſicut equi diriguntur ſm̄ voluntatem ſeſſoris: ita iuſtorum corpora regunt̄ ſm̄ voluntateꝫ xp̄i. Iſti eq̄ debent eſſe albi ſiue albis operti. id eſt corpora iuſtoꝝ ⁊ prelatoꝝ debent eſſe caſta ⁊ mūda Si ei caſta nō fuerint xp̄m ſequi non poterunt. Et Petrus. Xp̄s paſſus eſt pro nobis vobis relinquēs exemplum vt ſequamini veſtigia eius ⁊c̈. Sꝫ ⁊ clerici ſancte romane eccleſie ex ꝯceſſione cōſtantini imperatoris. xcvj. diſtinc. conſtātinus. equitāt equos decoratos linthiaminibus cādidiſſimi coloris. Quare debeat epiſcopus ꝯſecrari: ⁊ quare codex euāgelij ponitur ſuper humeros conſecrandi: dicet̄ in ſecunda parte ſub tit. de epiſcopo. Septimo loco dicendum eſt de vnctione eccleſie altaris calicis ⁊ aliorum miniſteriorum eccleſie que ſm̄ morem dum dedicantur iunguntur. extra de ſacra. vnc. c. vno. non ſolum ex mandato legis diuine: ſed etiaꝫ ꝙ moyſes tabernaculum ⁊ omnia vaſa miniſterij ſanguine aſp̄ſit ⁊ omnia pene in ſanguine mūdabantur. verumetiā exēplo beati ſilueſtri qui quando cōſecrabat altare illud chriſmate perūgebat. Precepit enī dominus moyſi vt faceret oleū vnctionis de quo vngeret tabernaculum teſtimonij menſam archā teſtamēti cādelabrū ⁊ ſupellectilia. Exod. xxx. ⁊ xl. c. ⁊ alia vt p̄miſſum eſt. Que vnctiones fiunt in rebus inūctis ⁊ vt maior reuerentia exhibeat̄ ⁊ maioris gr̄a īfundatur. De his vnctionibus in ſuis locis dictū eſt ⁊ dicet̄. Uerū vnctionis ſacramētū aliud quidē efficit ⁊ figurat tā in nouo q̄ in veteri teſtamēto. extra de ſac. vnc. Unde nō iudaiſat eccl̄ia cū vnctōi ſ celebrat ſacramētū: ſicut aliqui antiqui mentiunt̄ q̇ neq; ſcripturas neq; dei nouere v̓tutē. De vnctionibus eccleſie ⁊ altaris ſuis titulis dictum eſt. Patena ſiquidē cōſecrat̄ ⁊ inungitur ad miniſtrationeꝫ corporis xp̄i q̇ in ara crucis p̄ oīm ſalute immolari elegit. Nam ⁊ omnipotens deus diſperſam ſimilaginem in patenis aureis ⁊ argenteis ad altare ſuum deferri iuſſit Calix quoq; ꝯſecrat̄ ⁊ inungitur vt gratia ſp̄ūſſancti perficiatur nouum ſepulchrum corporis ⁊ ſanguinis xp̄i: ⁊ ipſe dignet̄ illum ſua virtute ꝑfundere qui calicem melchiſedech famuli ſui perfudit. Octauo de extrema vnctione que ſcilicet ex inſtitutione. Felicis pape quarti ⁊ ex p̄cepto. Jacobi apoſtoli dat̄ laborantibus in extremis dicendum eſt. De qua dicunt quidam ꝙ illa non eſt ita proprie ſacramentuꝫ ſicut chriſmatio que fit in fronte vel alias: q: ſicut aſſerunt iterari poteſt cum ſit oratio ſuper homineꝫ quod in ſacramentis non contingit. de conſe. di. iiij. oſtenditur ⁊ non de conſe. diſtinc. v. ca. j. Sane hec vnctio per ſolum ſacerdotem fieri poteſt ſi plures adeſſe non poſſunt. extra de verbo. ſignifi. queſiuit per quam quidem venialia remittuntur. iuxta illud Jacobi. Infirmatur q̇s ex vobis ⁊c̄. Fit autē vnctio hec in diuerſis partibus corporis ſiue membris ꝓpter cauſas que ex orationibus que tunc dicūtur colliguntur. ⁊ ſpecialiter in illis in quibus quinq; ſenſus hois vigent vt q̇cq̇d per illos infirmus deliquit ꝑ huius vnctionis virtutem aboleat̄. De q̇buſdam ordinarie legit̄ ꝙ inūgendus dꝫ eſſe ad minus xviij. annoꝝ. ⁊ ꝙ egrotans ſemel dūtaxat dꝫ in anno inūgi: licꝫ pluries egrotet. ⁊ ꝙ nullus inūgēdus eſt niſi q̇ prius compos mētis exiſtēs verbis aut ſignis illud poſtulauerit. xxvj. q. vi. is qui. ⁊ c. ſequē. extra de ſentē. excōmuni. c. a nobis. ⁊ ꝙ nō debent ſcapule inūgi: quia in baptiſmo fuerunt inuncte: ⁊ ammodo miniſterio carent. ⁊ ꝙ confirmatus nō dꝫ inūgi in fronte: ſed in timporibus nec preſbyteri manus vngi debent interius: ſed exterius: quia in ordinatione eius interius inuncte fuerūt: ⁊ ꝙ ab epiſcopo ſemel inunctus non debet propter eius reuerentiam vlterius per preſbyterum inūgi. extra de tempo. ordina. cum in diſtribuendis. de conſe. di. ij. ca. fi. ⁊ ꝙ ſi eger inunctus conualeſcit: loca inuncta lauentur ⁊ aqua lotionis in ignem proijciatur. Si vero decedat non lauetur corpus propter recentem vnctionem ⁊ ꝙ ſi eger in extremis laborat: cito vngatur ne inunctus decedat. v. diſt. baptiʒati. Quidam etiaꝫ penitentes ⁊ morituri cilicium induunt ⁊ ſternūtur in cinere vt dicetur in ſexta parte ſub quarta feria in capite ieiuniorum. Nono cymiterium quod eiſdem gaudet priuilegijs cum eccleſia conſecratur et benedicitur. xviij. q. iiij. ſicut dominus cōtumax. ⁊ c. ſequē. extra de cōſe. eccle. cōſuluiſti. ⁊ de immu. eccle. in rubrica. ⁊ c. cum eccl̄ia. ſicut dn̄s benedixit p̄ manus ſeruoꝝ ſuoꝝ abrahā yſaac ⁊ iacob: terram filijs effren cauſa ſepulture cōparatā. Bn̄dicit̄ aūt vt vlteri⁹ deſignat illic immundoꝝ ſp̄ūum habitatio eſſe ⁊ fideliū corpora ibi vſq; ad diem iudicij requieſcāt in pace niſi paganoꝝ vel infideliū vel ēt excōicatoꝝ corpora ibi fuerint inhumata donec inde fuerit eiecta. de ꝯſe. di. j. eccl̄iam. j. ⁊ ij. extra de ſepu. ſac. Illud ēt notādū ꝙ palle altaris: veſtimēta ſacerdotalia. ⁊ hmōi eccleſiaſtica ornamenta bn̄dicenda ſunt Legimus enī de cōſe. di. j. §. j. Moyſen ex p̄cepto

dñi tabernaculũ diuinis precibus ſacraſſe cũ mẽſa
τ altari τ vaſis τ vtenſilibus ad diuinũ cultũ explẽ
dum. Si ergo iudei qui legis τ futurorum vmbre ſer⸗
uiebant hoc agebant. Heb. viij. τ. x. c. quãto magis
nos quibus veritas per xp̃m patefacta hoc ẽ agere de
bemus. τ hoc per ep̃os ſacratos τ nõ per corep̃os. lviij.
di. q̃uis. Unde legitur Exo. penul. c. Cuncta vaſa mini
ſterij bñdixit moyſes: τ ſi ſacre veſti petia vel filum
adiungatur: non ideo bñdictionẽ iterari debere iuris
teſtimonio cõprobatur. ar. inſti. de re. diui. §. cum ex
aliena. τ. §. qui tñ. extra de ↄſe. eccle. qđ in dubijs.
Quare aũt res hmõi τ ſiles bñdicantur ex earum bñdi⸗
ctionibus colligitur euidenter. De veſtibus vero ſacris
dicetur in pħemio tertie ptis. Et attendendum: q: bñdi⸗
ctio ſeu ↄſecratio eccliẽ τ veſtiũ τ ornamẽtorum eccle
ſiaſticorum non fit eo q̃ illa ſint gr̃e ſuſceptiua cũ ſint
inanimata: ſed hoc noſcitur introductũ: q: ſicut τ hoies
ſic τ illa per bñdictionẽ τ ↄſecrationem diuino cultui
habilitantur: τ idonea τ maioris reuerentie efficiuntur
Perſonis vero per vnctionẽ τ bñdictionẽ maior gr̃a in
funditur. Quidã aũt ornamentorum bñdictione manus
ſuſpendũt. de q̃ dicetur in ſcđa pte ſub ti. de diacono.
Decimo eẽt de ↄſecratione virginum dicendũ: ſed
de hoc in prohemio ſcđe partis agetur.

De eccleſiaſticis ſacramentis. Rubrica.

Circa eccleſiaſtica ſacramenta notãdũ
eſt q̃ ſm Greg. j. q. j. multi. Sacramen
tum eſt in aliqua celebratione cum res
geſta ita fit: vt aliquid ſignificate rei
accipimus qđ ſancte τ digne accipien⸗
dum eſt. Myſterium vero eſt qđ occulte τ inuiſibiliter
operatur ſpũſſanctus: ita q̃ operando ſignificat τ ſan⸗
ctificando bñdicit. Myſteriũ eñi eſt in ſacramentis
miniſterium dr̃ in ornamentis. Sed τ ſm Augu. de
ↄſe. di. ij. ſacrificiũ. τ. c. ſignũ ſacramentũ eſt inuiſi
bilis gr̃e viſibilis forma. Itẽ ſacrificiũ viſibile: in⸗
uiſibile ſacramentũ. Itẽ idem ſignũ eſt res preter
ſpẽm quã ingerit ſenſibus aliqđ aliud ex ſe faciẽs
in cognitione venire. Dicitur etiã ſacramẽtũ ſacre rei
ſignũ vel ſacrũ ſecretũ. De hoc etiã in quarta pte ſub
ſexta particula canonis dicetur ſuper verbo myſterium
fidei τ ſub titulo de oblatione. Sane quedã ſunt ſa
cramẽta neceſſitatis tñ: quedã dignitatis τ neceſſi
tatis: quedã ordinis τ neceſſitatis: quedã dignita⸗
tis τ voluntatis: quedã vero voluntatis tñ. Sacra⸗
mentũ neceſſitatis tñ eſt baptiſmus qui in ſumma
neceſſitate a quocũq̃ dum tñ in forma eccliẽ collatus
profit ad ſalutẽ. de ſum. tri. c. j. §. pe. xxij. di. §. verũ.
Et dicitur neceſſitatis: q: ſine eo nemo ſaluari põt ſi
ex contẽptu deſeratur. De hoc ſacramẽto in ſexta pte
ſub ſabbato ſancto dicetur. Sacramentũ dignitatis
τ neceſſitatis eſt ↄfirmatio dignitatis: q: a ſolo ep̃o
ↄfertur. extra de ↄfirma quãto. de ſa. vnc. c. j. neceſſi⸗
tatis. q: ex contẽptu illud dimittẽtes non ſaluantur
vt in predicto. c. quanto. De hoc etiã ſub dicto ſab⸗
bato dicetur. Sacramenta vero ordinis τ neceſſita⸗
tis ſunt penitentia: eucharíſtia: τ extrema vnctio.
Ordinis q: tñ a rite ordinatis ſm claues eccleſie
dari debent: niſi in neceſſitate in qua quis põt etiã
laico ↄfiteri. Neceſſitatis q̃m ex contẽptu illa dimit
tens ſaluari non põt. De penitẽtia vide in ſexta pte
ſub titu. de quinta feria cene dñi. Et diximus in re⸗
pertorio noſtro ſub titu. de pe. τ re. De eucbariſtia
in quarta parte ſub canone dicetur. De extrema vn⸗
ctione in precedenti titulo dictũ eſt. Sacramentũ
vero dignitatis τ voluntatis eſt ordo dignitatis: q:
a ſolis ep̃is ↄfertur: vel q: non niſi dignus τ digne ad
illum aſſumendus eſt. extra de ſum. tri. c. j. in fine.
Voluntatis: q: ſine illo quis ſaluari põt. extra de
ep̃o q̃ re. epiſ. c. j. τ. j. q. j. §. ſed notãdũ. τ. §. ecce cũ
De hoc dicetur in pħemio ſcđe ptis. Sacramentum
voluntatis tñ eſt matrimoniũ. τ dicitur voluntatis:
q: ſine illo quis ſaluari põt. Nõ eñi expedit homini
ad regna celorum tendere volenti nubere. xxiij. q. iiij
tunc ſaluabitur. Circa qđ notãdũ eſt q̃ ſm canones
xxiij. q. iiij. non oportet. extra de ferijs. capellanus
ſolẽnitas nuptiarum facienda nõ eſt a ſeptuageſima
qđ eſt tempus triſticie vſq̃ in octauam paſche: nec
tribus ebdomadis ante feſtum ſancti iohãnis. Sed
ſm ↄſuetudinem eccleſie generalis matrimonium
publice ↄtrahitur in ecclĩa a craſtino dñice in albis:
videlicet ab octaua die paſche vſq̃ ad primũ diem ro⸗
gationum. Et in prima die rogationũ in mane clau
ditur hec ſolẽnitas: τ durat pħibitio vſq̃ ad octauã
diẽ poſt penthecoſtẽ incluſiue: τ ſic loquitur Clemẽs
papa in ſua epiſtola decretali extra de ferijs. capel
lanus. A prima quoq̃ dñica aduentus vſq̃ ad epy⸗
phaniam non debent nuptie celebrari: vt in predi⸗
cto. c. non oportet. xxxiij. q. iiij. Nec etiam fierent
vſq̃ ad octauam epyphanie niſi q: dñs nuptias tũ
ſui preſentia: tum etiam miraculo decorauit. Unde
tunc cantatur. Hodie celeſti ſponſo iuncta eſt ecclĩa
Quidam tñ dicunt ſanctius eſſe q̃ hec prohibitio
vſq̃ ad octauam ipſius feſti extendatur: ſicut τ offi⸗
cium conuerſionis aque in vinum in nuptijs. In
premiſſis ergo temporibus matrimonia non con⸗
trahuntur: q̃m ipſa tempora ſunt orationi deputata
Et ideo debet tunc homo etiam a lecto vxoris ſe⸗
queſtrari. Generaliter eñi tempore quo abſtineatur
a nuptijs abſtinendũ eſt etiã a coniugali amplexu
xxxiij. q. iiij. per totum niſi forte ob fragilitatẽ hu⸗
manitatis vir ab vxore poſcat coniugale debitum
eccleſiā ingrediunt. ad notandū ꝙ velut formoſe ⁊
ſpōſo placide in ipſius ſponſi tabernaculū introdu
cunt. Juxta illud in canticis, Nigra ſum ſed formo
ſa: ⁊ introduxit me rex in tabernaculū ſuū. Ter au
tem dicitur eis: venite. ad notandū ꝙ ad hoc tripli
citer debēt venire. ſ. ꝑ abdicationē ꝓprietatis. ꝑ vo
tum caſtitatis ⁊ per ſponſionē obedientie. Debent
quidem venire. Primo per abdicationem proprieta
tis de cōuerſatione mundana. de egyptiaca. de car
cere: de laqueis: ⁊ de retibus: vnde pš. Cadent in
retiaculo eius peccatores. Et Sapi. xiiij. Creature
dei facte ſunt in tentationem anime hominum et in
muſcipulaꝫ pedibus inſipiētium. Secundo debent
venire per votum caſtitatis delectatione carnali. et
de immūdicia ⁊ de loco torito de quo ſi quid anima
ſumit ⁊ per penitentiam non reijcit moritur morte
eterna. Tertio per ſponſionē obedientie de propria
volūtate ſicut de corruptione ⁊ de clibano accēſo. et
de babylonica fornace: ⁊ ideo cum pueris qui erant
in fornace illa dicūt. Et nūc ſequimur in toto corde
⁊ timemus te: ⁊ querim' faciem tuā. Danielis ter
tio parū ante pſal. Benedic. de quolibet autem iſto
rum exeundū eſt in firmo cordis propoſito ſolennio
ri voto ⁊ totius vite perſeuerātia. Et he ſunt quaſi
tres diete. Exo. tertio. Uiam trium dierum ibimus
in ſolitudine. Quas tres dietas premiſſe tres vaca
tiones tripliciter facte deſignāt. Quia vero poſt ſu
ſceptum tam laudabile propoſitum reſtant inſidie ⁊
tētationes demonū atq acerrima contra mundū
carnem ⁊ demones certamina. et inſuper regularis
obſeruātie difficultas. que muliebris infirmitas ſuf
ficiēter per ſe ſuſtinere non poſſet: ideo diuinum au
xiliū ⁊ ſanctoꝝ ſuffragia per letaniam que ſubijcit
implorant. Conſequenter deponunt veſtes veteres
⁊ induunt nouas bn̄dictas: ad notandum ꝙ in hoc
propoſito vetus homo exuit. ⁊ nouus induitur qui
ſicut legit Ephe. iiij. Creat' eſt in iuſticia ⁊ ſanctita
te veritatis. ⁊ debēt eſſe veſtes munde ⁊ candide ad
ſignificandum ꝙ quia dei filio deſpōſantur. debent
decetero ſe mundas ⁊ ſanctas abſq macula preſer
uare vel conſeruare. Juxta illud apoſtoli. Deſpōdi
enīꝫ vos vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o. hec eti
cādo: ſeu mūdicia veſtis oſtēdit. Un̄ eccleſiaſtes. ix. c.

Omni tempore veſtimenta tua ſint candida ⁊ hoc eſt
ſumptum a beata Cecilia que exterius veſte fulge
bat intus caſtitate nitebat. ⁊ ab angelis qui in chri
ſti reſurrectiōe viſi ſunt in veſtibus albis. Uel ſi ſit
niger habitus ſignificat carnis mortificationeꝫ: q:
enim xp̄s ſponſus ſuus mortuus eſt pro ipſis debēt
⁊ ipſe commori pro illo. Unde Gal. v. Qui xp̄i ſūt car
nem ſuam crucifixerūt cum vitijs ⁊ concupiſcentijs
Et roma. vj. Si complātati facti ſumus ſimilitudi
ne mortis chriſti ſimul ⁊ reſurrectiōis erimus. Rur
ſus nigredo habitus eſt contemptus virilis ample
xus. ¶ Subſequenter indute veſtibus benedictis
verſus ep̄m veniūt quaſi ipſo actu dicant. Regnum
mūdi ⁊ oēm ornatum ſeculi contempſimus propter
amoreꝫ domini noſtri ieſu chriſti ⁊c̄. ¶ Uela quoq
ſcapulas ⁊ pectas depēdētia ex inſtitutiōe Sothe
ris pape cum ſigno crucis earuꝫ capitibus imponū
tur. Primo ad ſignificandum ꝙ pro chriſto debent
mundum humiliter corde ⁊ opere cōtēnere ⁊ ſenſus
velare ac memoria paſſiōis chriſti munire ne ad mū
dana laſciuiendo hereant. vel illa ad illarum ſenſus
intrent. Juxta illud Gal. v. Mihi mundus crucifi
xus eſt ⁊ ego mundo. Secundo velant: quia nō ſūt
ymago dei. xxxiij. q. v. mulierem. Tertio vt oſtendā
tur ſubiecte. Quarto vt illicite cūctis viris appare
ant. Quinto ne ſpecies eaꝝ occaſio inſpectorib' ſit
peccandi: quia pſal. ait. Domine delectaſti me in fa
ctura tua ⁊ creature dei facte ſunt in tētationeꝫ vt
premiſſum eſt. Uelum ergo eſt ſignum pudoris ⁊ fu
turi honoris. ¶ Deinde q: xp̄o deſpōſantur qui eſt
alpha ⁊ o. i. principiuꝫ ⁊ finis: ideo dat eis annulus
qui eſt rotund' principio ⁊ fine carēs. Et ponitur i
quarto digito ex quo vena quedā ſanguinis ad cor
protēditur vt ſciat ſe ſponſum ſuum xp̄o toto corde
debere diligere ⁊ eiinſeparabiliter adherere. ¶ Po
ſtremo vero, corone capitibus eaꝝ imponuntur. Ju
xta illud in canticis. Ueni ſponſa xp̄i ⁊ accipe coro
nā ⁊c̄. ad notandū ꝙ quando virgo per cōſecratio
nem ſummo regi deſpōſatur regina efficitur. id eſt
ſe ⁊ alios in virtutibus regēs. Unde prouer. primo. Ut
addatur gratia capiti tuo ⁊ torques collo tuo. In
q̄ coronatione pontifex cantat illud canticū leticie.
Ueni electa mea ⁊c̄. tāq̄ celeſtis ſpōſi paranymph'
Et hinc eſt ꝙ illaꝝ amici ⁊ conſanguinei in hac cō
ſecratione letant. Leo papa prim' inſtituit in conci
lio calcedoñ. quod ipſe celebrauit ſolas virgines de
bere velari. Quia vero in p̄miſſis de velo mētio fa
cta eſt: ideo notādum eſt ꝙ velum aliud eſt conuer
ſionis aliud cōſecrationis: aliud profeſſionis aliud
ordinationis aliud prelatiōis. Uelum conuerſionis
aliqua de ſeculari vita ad religionem tranſiens aſſu
mit: ⁊ tunc ſi per ānum inter velatas ſteterit vlteri'
exire nō poterit. extra. de regu. vidua. ⁊. c. ſtatuim'.
Uelum conſecrationis a ſolis ep̄is ſolis virginibus
⁊ ſolum in feſtiuis ⁊ dominicis diebus datur. Urgē
te tamē neceſſitate ſicut ⁊ baptiſmus, omni die dari
poſſet. xx. q. j. deuotis. non datur etiā niſi in. xxv. an
no illud recipiētis niſi forte diſpenſatiue. lxxvj. di.
placuit. Uelum autēꝫ profeſſionis ſuſcipitur a virgi

ne qñ continentiam pfitetur: non tñ ante .xij. annū ca. q. j. ⁊. q. ij. puella. qñ nec ante illud tpˢ bñdicit̃ extra de regu. cū virum. Datur velum hmōi cum be nedictiōe ſolēni ⁊ cū letania. extra. eo. ex pte. Hoc velum nullus epūs dat viduis vel corruptis: vt in. c. deuotis. in fi. ſed ipſamet de altari vt quidā dicūt aſſumit. xxviij. q. j. viduas. extra de regu. virū. ſane virgo ⁊ non vidua: ideo ab epō velat̃: q: virgo in hac deſponſatione typum gerit eccl'ie que pura et virgo vni nupſit viro. i. chriſto. Et in ſignum huius rei velatur ab epō: q: a chriſto recipit̃ in ꝯiugium. In cuius pſonam dictum eſt anulo ſuo ſubarrauit me dñs. Sed vidua non gerit in tali facto typum ecc le ſicut virgo: cum non ſit integra mente ⁊ cor pore ſicut illa. Unde non ſic ꝯiungit̃ chriſto vt repre ſentet eccl'ie ꝯiunctionē quare nō velat̃. Preterea ſacerdos ꝓhibet̃ ſecundis nuptijs intereſſe: ⁊ ſup ſcdō nubentes benedictionem infundere. extra de ſecun. nup. c. j. prout dictum eſt in pma pte ſub tit. de ſacramentis. ſed hec vidua quaſi ſcdō nubit pri mo homini poſtea in pfeſſione chriſto. ideoq; ei qñ celebranti ſecundas nuptias non porrigit̃ velū cō ſecrationis nec etiam pfeſſionis: ſ; ipſa illud ſuſci pit de altari. Aiunt tñ quidam ꝙ l; non ab epō. pōt tamen a ſacerdote velo pfeſſionis vel cōuerſionis velari. extra de regu. vidua. xx. q. j. deuotum. extra qd̕ metus cau. c. j. a quo ſeu a cuius miniſterio ha bitum ſeu veſtem religioſam aſſumit. xx. q. j. vidua extra qui cle. vel vo. ꝯſuluit. In libro tñ pontificali ſm ordinem romanum habet̃ benedictio vidue cō tinentiam pfitentis ⁊ veli eius. Nā ⁊ dñs ſarepta nam viduam per helyam ꝓphetam conſolatus eſt. Et vidimus in vrbe epm hoſtieñ. inter virgines be nedicere duas viduas moniales. Velum ordinatio nis olim diaconiſſe in quadrageſimo anno dabat̃: vt poſſet legere euangelium in nocturnis. xxj. q. j. ſanctimoniales. xxvij. q. j. diaconiſſam. in concilio tamen laudiceñ. xxxij. diſt. c. fi. ſtatutum eſt vt mu lieres que apud grecos preſbytere appellant̃: apd̕ nos v̓o vidue aut ſeniores vniuire: aut matricurie appellant̃. in eccl'ia tanq̃ ordinatas ꝯſtitui non de bere. Velum prelatiōis olim abbatiſſis in quadra geſimo anno dabat̃. xx. q. ij. iuuenculas. xxxj. q. j. quo modo. ¶ Illud autem ſciendū eſt ꝙ ſacroſan cta mater eccl'ia gradus et ordines h; diſtinctos. Et romanus pontifex celebriter miſſarum ſolēnia agens ſex habens ſecum ordines clericoꝝ. ſ. epōs: preſbyteros: diaconos: ſubdiaconos: accolitos: et cantores ipſo numeri ſacramento ꝑfectionē hmōi officij manifeſtans. Senarius nāq; numerus per fectus eſt: vt in proemio tertie partis dicetur. Sed ſex ordines miniſtroꝝ fuiſſe in veteri legimus teſta mento. videlicet pontifices: ſacerdotes: leuitas: nathineos: ianitores: ⁊ pſallentes: quos ex maiori parte diſtinxit. Artaxerxes in epiſtola quā Eſdre ſcribe dixerit dicens. Notum facimus de ſacerdo tibus vniuerſis ⁊ leuitis cantoribus ⁊ ianitoribus ⁊ nathineis ⁊ miniſtris domus dei vt eis vectigal tri butum ⁊ annona nullatenus imponatur. Ordines v̓o eccleſiaſticos Silueſter papa enumerat. xxiij. diſt. a ſubdiacono. ⁊. ij. q. vij. clericus dicens. ponti fici preſbyter: pſbytero diaconus: diacono ſubdia con': ſubdiacono accolitus: accolito exorciſta: exor ciſte lector: lectori oſtiarius: oſtiario abbas: abbati monachus in omni loco obſequium repreſentent. Beatus quoq; Iſidorus. xxj. diſt. cleros. ita dicit generaliter clerici nuncupant̃ omnes qui in eccl'ia chriſto deſeruiunt: quoꝝ gradus ⁊ nomina ſunt hec oſtiarius: pſalmiſta: lector: exorciſta ⁊c̄. mentionem eūi faciens poſt alia de cantore. Et hi oēs gaudēt de priuilegio clericali. Veruntamen quidam perfidi heretici ſacramentū ordinis ꝯdēnantes falſo men tiuntur ꝙ eccleſia chriſti non habebat pſonas q̈s exorciſtas: ceroferarios: lectores vel ſubdiaconos appellaret: ſed ſolum exorciſtas demonum que ad uerſabant̃ Paulo nec ea que chriſtus fecit vel apo ſtolus dixit pro tam vilibus ſignificationibus que infra ſequunt̃ fecit ⁊ dixit: ſed altiora ⁊ precioſiora que romana neſcit eccleſia demonſtrauit. ¶ Horu; autem ordinum quidam ſunt nō ſacri ⁊ quidā ſacri. Non ſacri ſeu minores ordines ſunt hi: cantoratus: pſalmiſtatus: oſtiaratus: lectoratus: exorciſtatus: accolitatus. Sacri v̓o ſeu maiores ſunt iſti. ſubdia conatus: diaconatus: preſbyteratus: epiſcopalis ordo. ¶ Cōmuniter autem aſſeritur ſeptem ordi nes fore quoꝝ oſtiarius eſt primus: ⁊ ſacerdos vlti mus propter ſeptiformem ſpirituſſancti gratiam cuius munere ſua officia pſequunt̃. Si aute; velis ad ſingulos ordines ſingula dona referre a timore incipiens illum oſtiario deputabis ⁊ exinde ſingu la ſingulis referens ſapientiam preſbytero adapta bis. Hec autem ſunt ſeptem mulieres in quibus ſpi rituſſanctus habet hoſpitium ⁊ vnaqueq; illarum ſuum parat conuiuiū. ¶ Rurſus ſpiritualiter oſtia rius eſt quicūq; ſpiritualiter alios in eccleſiā intro ducit. i. qui fidē predicando docet. lector eſt quili bet mores docendo: exorciſta orando: accolitus illuminando: ſubdiaconus humilitatē monſtrando diaconus alios exhortādo: ſacerdos ſeipſu; hoſtiā ſanctā deo offerendo: epūs ſacramenta miniſtrando de quolibet tamen ſeriatim ſpecialiter pſequamur.

¶ De cantore. Rubrica.

Nonnulli cecitate ignorantie ducti can toratum de minoribus eſſe autumant ordinibus pro eo ꝙ vt iam ꝑmiſſu; eſt in quibuſdam canonibus iter minores ordines ſit mentio de cantore. fallunt̃ tamen: qm̄ nomen eſt officij ⁊ non ordo: qui autem in veteri teſtamēto cantores dicti ſunt hodie lecto res vel pſalmiſte vocant̃. ¶ Cantator itaq; vocat̃ qui vocem modulat̃ in cantu. xxj. diſt. cleros. cuius duo ſunt in arte muſica gnā: ꝑcentor. ſ. ⁊ ſuccentor: precentor vocē ꝑmittit in cantu: ſuccentor canendo ſubſequēter rñdet. Concentor v̓o d; qui ꝯſonat. vñ qui non ꝯſonat nō concinit nec ꝯcentor erit. Sane dauid ꝓphetaꝝ eximius cultū dei volens ſolēnius ampliare cantores inſtituit qui coram archa ſede

ris dñi muſicis inſtrumentis ⁊ modulatis vocibus
decantarent inter quos ꝑcipui fuerũt bemã:aſaph.
⁊ ethan. ſed omnium primus bemaꝫ cuius vicem
nunc in eccl'ia primicerius obtinet. vel ꝑceptor qui
cantoribus ẽ prelatus. vnde legitur in paralipome-
non. Iſti ſunt quos conſtituit dauid ſuper canto
res domus domini ſtantes iuxta ordinẽ ſuum in mi
niſterio de filijs caphat:bemaꝫ cantor filius iobel
⁊ a dextris ſuis aſaph filius barachie. ad ſiniſtram
autem ethan, filius cuſi. ¶ Porro debent cantores
cantare conſonis vocibus ⁊ ſuaui modulatione con
cinere quatinus animos audientium ad deuotionẽ
dei valeant excitare. Uerum ſm Grego. xcj. diſt. in
ſancta. Plerunqꝫ in ſacro miniſterio dum blanda
vox queritur congrua vita negligitur:⁊ cantor deuꝫ
moribus ſtimulat cum vocibus populum delectat.
Et Aug. lib. confeſ. Cum me magis mouet cantus
ꝙ res que canitur penaliter peccaſſe confiteor ⁊ tũc
me audiſſe cantantem. Ideoqꝫ in eccleſia romana
altaris miniſtri cantare non debent:ſolũqꝫ euange
lice lectionis officium intra miſſarum ſolenia exol-
uant. Et apoſtolus ait. Cantantes ⁊ pſallentes, in
cordibus veſtris domino. ⁊ hiero. xcij. diſt. c. j. Audi
ant inquit adoleſcentuli. audiant hi quibus eſt offi
cium in eccl'ia pſallẽ di. deo non voce tantum ſed cor-
de eſſe cantandum:nec in tragediarum modum gut
tur ⁊ fauces medicamine liniende ſunt vt in eccl'ia
theatrales moduli ⁊ cantica audiantur. Cantãtes
igitur in corde ⁊ in charitate cantent in choro:quo-
niam magis deuotione cordis ꝙ iubilatione vocis
cantandum eſt. xxxviij. diſtin. edulio. non tenentes
in manibus cymbala vel aliquid hmõi prout in ve-
teri teſtamẽto fiebat. Ceterum ꝓpter carnales non
propter ſpirituales cantandi vſus in eccleſia inſtitu
tus eſt vt que verbis non compunguntur ſuauitate
modulaminis moueantur. Unde Aug. in libro. ꝯfe.
Conſuetudinem canendi probat eccl'ia: vt ꝑ oble-
ctamẽta aurium infirmior animus ad effectum pie
tatis aſſurgat. Antiqui pridie quod cãtandum erat
cibis alijs abſtinebant propter causam vocis: ꝓter-
ꝙ leguminibus pſallentibus aptis. Unde ⁊ canto-
res vulgo fabarij dicti ſunt. Cantores autẽ ſunt qui
dei laudatores repñſentant ꝑdicatores alios ad dei
laudem excitantes. eorum nãqꝫ ſimphonia plebem
admonet in vnitate cultus vnius dei perſeuerare.
Per cantoris quoqꝫ officium paterfamilias intelli-
gitur qui de theſauro ſuo noua ⁊ vetera ꝓfert. Nec
eſt ꝑtereundum ꝙ cantores tenẽt baculos in choro
ad repñſentandũ illud quod in lege ꝑcipiebatur: vt vi
deliꝫ edẽtes agnũ baculos in manib' haberẽt ſigni
ficantes ꝙ q̇ ad patriam feſtinãt eſu celeſtis agni ⁊
baculis. i. ſcripturarũ ſententijs indigẽt ꝯ demones.
ꝑ baculos eñ cantorũ ſnlas ſcripturarũ vel doctrias
ꝑdicatorũ intelligimus. Uñ cum legit euangeliũ de
ponunt: q: ꝑ euangelicã ꝑdicationẽ legales depo-
ſuimus obſeruantias. De choro dictũ eſt in pria par
te ſub tractatu de eccleſia. De cantu vero in fine ꝓ
hemij quinte partis dicetur.

¶ De pſalmiſta. Rubrica.

PSalmiſtatus quandoqꝫ tonſuratus vo-
catur ſicut conſtõ Inno. iij. extra de ete
te. cũ inter euidẽter oſtẽdit: qñqꝫ ẽt cl'i
catus. Unde in alia eiuſdẽ Inno. ep'la
extra de eta. ⁊ q̄li. cõtingat. d: ꝙ abbas
bñdictus ⁊ ſacerdos põt in ſuo monaſterio clericalẽ
dare tonſuram ꝑ quam ordo clericalis confertur. q̇
ordo ſic collatus pſalmiſtatus vocatur. In canone
ꝗ̇ leonis pape. xxxij. di. ſeriatim. ſic inter cetera con
tinetur. Seriatim ⁊ apte ꝓſeq̄mur ꝙ ſancta ro. ecc.
in gradibus clericorũ ait clericos hoſtiarios lecto-
res ⁊c. at nomine clericorũ pſalmiſtas ibi intelligi in
dubitatũ ẽ. Uocatur etiaꝫ quandoqꝫ cantor at'. Uñ
in tholetano concilio. xxiij. diſt. ſi pſalmiſta. ita legit
pſalmiſta. i. cantor poteſt abſqꝫ conſcientia epiſcopi
ſola iuſſione ꝑſbyteri officium ſuſcipere cantandi di
cẽte ſibi ꝑſbytero vide vt quod ore cantas corde cre
das: ⁊ quod corde credis operibus comprobes. Sa
ne ꝙ in plerisqꝫ ſacris canonibus: ⁊ precipue. xciij.
diſt. a dyacono. lxxvij. diſtin. c. j. q. ⁊. iij. ſacra: d alijs
ordinibus mentione nihil de hoc ordine tangitur ex
eo contingit: quoniam alij omnes cum ſolẽnitate ⁊
a ſolis epiſcopis dantur. iſte vero etiam a ſacerdo-
te conferri poteſt. Ideoqꝫ hunc non ordinem: ſed of
ficium for plurimi aſſerunt ꝙꝙ in eo ab epiſcopo
collato quis clericale priuilegium aſſequatur. xxj.
diſtin. cleros in prin. Dictus eſt autem pſalmiſta a
pſalmis dicendis ſiue ab officio canendi. prout ſub
lectore dicetur. Ad ipſum namqꝫ pertinet ſm Iſid.
xxv. diſtin. perlectis. officium canendi dicere bene-
dictiones. i. benedicamus domino: laudes. i. alle-
luya. vel chriſtus vincit. vel xp̄s regnat ⁊c. ſacrifici
um. i. offertorium reſpõſorium. i. officium miſſe: ⁊ quic
quid ad canendi peritiam ſpectat.

¶ De oſtiario. Rubrica.

OStiarij ſm Iſido. xxj. diſtin. cleros di
cti ſunt eo ꝙ oſtijs tẽpli ꝑſunt. Ipſi cla
ues eccleſie tenẽtes omnia intus extra
quoqꝫ cuſtodiunt: atqꝫ inter bonos ⁊
malos habẽtes iudicium fideles reci-
piunt: infideles reſpuunt ⁊ excõicatos
repellunt. Oſtiarij idẽ ſunt ꝙ ianitores: qui in vete
ri teſtamẽto ad cuſtodiam tẽpli electi ſunt ne ingre
derẽtur in illud immundum in omni re. i. aliquid de
omnibus rebus. Stabant enim prout legitur in pa
ralipomenon: in quattuor templi partibus vilicet in
oriente: in occidente: aquilone: ⁊ auſtro. Portas tẽ
pli ſingulas ita obſeruantes vt nec in puncto diſce-
derẽt a miniſterio. Leuite ei quibus numerus iani
torum creditus erat ei cibos parabãt. Hi autẽ imi-
tantur edituos q̇ apud gẽtiles erãt ⁊ edẽ tuebãtur
⁊ cuſtodiebãt. Sane iuxta decretum tholetani ꝯci
lij. xxiij. di. oſtiarius cum ordinatur poſtꝙ ab archi
diacono iſtructus fuerit qualiter in domo dei debe
at conuerſari ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat
ei ep̄s claues eccl'ie d altari dicẽs ei. Sic age: ſic vi
ue: q̄ſi redditurus deo rationem pro his rebus que
his clauibus recludunt. Clauiũ ergo traditio ⁊ ver

ba pmiſſa ſunt buius ſacramēti ſbalia: cetera ſunt
ſolēnitatis boc officium implemus dum p fidem in
eccliam aliquē introducimus vel docemus. Xp̄us
boc officiū impleuit quando dixit. Attolite portas
principes veſtras et eleuamini porte eternales ⁊c. Et
quando emētes ⁊ vēdētes de templo eiecit. xvi. q.
vij. ſʒ bec diximus q in eccl'ia ſpiritualiter agit. Uñ
in euangelio dicit. Ego ſum boſtium.

¶ De lectore. Rubrica.

LEctor ſm Iſido. xxi. di. cleros a legē-
do pſalmiſta a pſalmis canēdis vocati
ſunt. Lector enim p̄dicat id eſt legit ſi
ue recitat populo q̄ ſequāt. Pſalmiſta
vo canit vt excitet ad compunctionē
animos audiētiū: lʒ q̄dam lectores ita miſerabiliter
pronūciēt. ſ. alte ⁊ p vocē ſonoram vt quoſdam ad lu
ctum lamētationē q̄ʒ compellant. Lectores etiam p
nūciatores vocant pro eo q porro ſiue a longe pro-
nūciant: tanta enim ⁊ tam clara dʒ eſſe cor vox: vt
q̄uis longe poſitor aures impleat. Ad lectores q̄ʒ
ptinet lectiones et legēdas in matutinis pronūciare
⁊ ea q̄ propbete vaticinati ſunt: ⁊ apoſtoli dixerunt
ppl'is p̄dicare. i. legere. Ad boc em̄ ordinant vt li-
bros dei diſtincte ⁊ apte ad intelligēdū legāt ſicut
in veteri teſtō accepimus. Eſdram feciſſe. neemie
vij. Ad eius quoq̄ʒ ptinet officiū panē ⁊ omnes no-
uos fructus bñdicere. Lectores vero idē ſunt q car
minū relatores qui erant apud gētiles. Martinus
papa. xxij. di. lectores ſtatuit vt nulli liceat in popu
lo pſallere aut legere niſi qui ab epiſcopo fuerint or
dinati lectores. Sane iuxta decretū tboletani con-
cilij. xxiij. diſt. lector. Lector cum ordinat faciat de
illo verbū ep̄s ad plebē indicans eius fidē ac vitam
atq̄ʒ ingeniū. poſt boc ſpectante plebe tradat ei co
dicē in quo lecturus eſt dicēs. Accipe ⁊ eſto relator
verbi dei babiturus eſ ſi fideliter ⁊ vtiliter impleue
ris officiū partē cū eis qui verbū dei miniſtrauerint
Codicis ergo traditio ⁊ verba p̄miſſa ſunt de ſba
buius ordinis: cetera ſūt ſolēnitatis. ¶ Hoc officiū
implemus dum male viuentes in eccl'ia corrigim⁹:
⁊ aliquē bonis moribus inſtruimus. Xp̄s boc offici
um impleuit quando in medio ſenior libro Iſaye p
pbete aperiens legit diſtincte ad intelligendum di
cēs. Spiritus domini ſup me eo q vnxerit me ⁊c. ex
tra de ſac. vnc. c. vno.

¶ De exorciſta. Rubrica

EXorciſta ſm Iſido. xxi. diſtinc. cleros
grece latine adiurans ſiue increpās vo
cat. Inuocat ei ſup catbecuminos ſeu
ſup eos q̄ bñt ſpm̄ immūdū noīe domi
ni ieſu adiurans p illud vt egrediat ab
eis de quo in ſexta parte ſub ſabbato ſancto dicet.
Decet igitur vt mundum babeat ſpiritum qui debʒ
immundis ſpiritibus imperare. Ad eum itaq̄ʒ per
tinet exorciſmos memoriter retinere manus ſuper
energuminos ⁊ catbecuminos exorcizando impo-
nere. xxv. diſt. perlectis. Et ſm concilium cartb. de
conſecra. diſtin. v. energuminis: ipſis energuminis
in domo dei aſſiſtentibus victum quotidianum
oportuno tempore miniſtrare. ¶ Refert ioſepbus
regem ſalomonē modos exorciſmi id eſt piuratōes
adinueniſſe: quibus immundi ſpiritus ab bomine
obſeſſo per Eleazarum exorciſtam pellebantur. ita
vt reuerti vlterius non auderent. Huic officio man
cipati exorciſte vocati ſunt: de quibus in euangelio
legitur. Si ego in belzebub eijcio demonia: filij ve
ſtri exorciſte. videlicet in quo eijciunt ⁊ imitantur
queſtores qui erant apud gentiles. Sane iuxta de
cretum tboletani concilij. xxiij. diſt. exorciſte. Exor-
ciſta cum ordinatur accipiat de manu epiſcopi librū
in quo ſcripti ſunt exorciſmi ſiue adiurationes dicē
te ſibi epiſcopo. Accipe ⁊ cōmenda memorie ⁊ babe
to poteſtatem imponendi manum ſuper energumi-
num ſiue baptizatum ſiue catbecuminum. Libri er
go acceptio ⁊ verba premiſſa ſunt de ſubſtantia bu
ius ordinis: cetera ſunt ſolēnitatis. Energumini
ſunt qui a demonibus obſeſſi ſunt vel lunatici: ſiue
morbum caducum patientes ſic dicti ab erge quod
eſt labor ⁊ mene quod eſt defectus ⁊ moys quod
eſt mens. quia ſcilicet defectum mentis in defectu
maxime patiunt. Catbecumini dicunt in fidei arti-
culis ante baptiſmuʒ inſtructi. Hoc officiū implem⁹
dū per noſtras orationes vitiū diaboli de boīe expel
limus. Xp̄s boc officiuʒ exercuit quando de maria
magdalena. vij. demonia eiecit.

¶ De accolito Rubrica

ACcoliti grece latine ceroferarij vel ac-
cenſores luminū nuncupantur. Hi ab
aaron ⁊ filijs eius miniſterij ſui ſumpſe
runt exemplum. Iuxta illud. Exodi.
Precipe filijs aaron vt offerant oleuʒ
de arboribus oliuarum puriſſimuʒ piloq̄ʒ contuſuʒ
vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij
⁊ collocabunt eam aaron ⁊ filij eius: vt vſq̄ʒ mane
luceat coram domino. Quod ergo tunc ſacerdo-
tes agebant boc nunc accoliti faciunt in miniſte-
rio lucernarum: quoniam preparant luminaria in
ſacrario. Multa quippe non ſolum in nouo: verum-
etiam in veteri teſtamento legi moyſaice ſuperad-
dita legimus ⁊ mutata. extra de conſan. ⁊ affini. nō
debet. Unde dauid in lib. paralipomenō dixiſſe pbi
betur. Non erit officium leuitarum vt portent vltra
tabernaculum ⁊ omnia vaſa eius ad miniſtrandum
Accoliti autem ſm Iſidorum. lxxxi. diſtinc. cleros
xliij. diſt. accolitus cereos ferunt accenſos dum le-
gitur euangelium aut offertur ſacrificium: non vt te
n. bras aeris ſed cordis illuminent: cum ſol forte eo
dem tempore rutilet ⁊ vt primis opera lucis oſten-
dant atq̄ʒ ad ſignum leticie demonſtrandū vt ſub ty
po luminis corporalis illa lux oſtendat de qua i eua
gelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnē bo
minē venietē in bunc mundum. Ipſi etiam p̄parant
pro eucbariſtia ſuggeſta. i. vinum ⁊ aquam ſeu vaſa
in quibus ponitur aqua ⁊ vinum. xxv. diſt. plectis.
¶ Accoliti imitantur carminum ſcriptores q̄ erant
apud gentiles ſeu verius emūctores ſiue luminū ex
tinctores qui lucernas emūgebant: ⁊ luminaria cō

tinuabant: vt nadab ⁊ Abiu. Sane iuxta decretum
ↄcilij toletani.xxj.di. accolitus. cū ordinatˀ ab ep̄o
quidē doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat
ſ3 ab archidiacono accipiat ceroferariū.i. candela-
brū cū cereo vt ſciat ſe ad accēdēda eccl̄ie lumina-
ria.i. cereos dū euāgeliū legitˀ mācipari. Accipiat ⁊
vrceolum vacuum ad ſuggerendū.i. adminiſtrandū
vinum in eucharıſtiam.i. in calicē in quo eſt eucha
riſtia ſanguinis xp̄i. Premiſſa igitur verba ⁊ vtenſi
lia ſunt hmōi ordinis ſubſtantialia cetera ſunt de ſo
lēnitate. Hoc officium implemus dum ignem verbi
celeſtis quo fratres ad cognoſcendum deū illumi-
nentur ⁊ inflammentur predicando miniſtramus: ⁊
dum lucem boni operis alijs miniſtramus. Dominꝰ
autem hoc officium ſe habere teſtatˀ cū dicit. Ego
ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat in te-
nebris: ſed habet lumen vite.

De ſubdiacono. Rubrica.

Premiſſis de non ſacris ⁊ minoribꝰ or-
dinibus. Nunc de ſacris ⁊ maioribus
qui anthonomaſice ſacri dicūtur ſubij
ciamus. ⁊ primo de ſubdiacono. Ordo
enim ſubdiaconatꝰ ſacer hodie ſm̄ In
nocentium tertium reputatur. extra de eta. ⁊ quali.
ordi. a multis. Siquidem ſubdiaconi nathineorum
vices in eccleſia repreſentant. De quibus in Eſdra
legitˀ ꝙ dauid dederat nathineos ad miniſteria le-
uitarum. Unde grece hypodyconi dicuntur: q: offi-
cijs ⁊ preceptis leuitarum ſubiacent ⁊ eis miniſtrāt
ex quorum ordine fuit ille nathanael quem dn̄s in
euangelio cōmendauit dicens. Ecce vere iſraelita
in quo dolus non eſt. Nathinei autem hebraice di-
cuntur latine in humilitate dn̄o ſeruientes vel deo
oblati. Subdiacones debent ſm̄ Iſidoꝝ.xxv. diſt.
perlectis oblationes in templo domini a fidelibus
ſuſcipere ⁊ leuitis ſupponendas altaribus deferre:
calicem ⁊ patenam ad altare xp̄i deferre: leuitis tra
dere eiſq; miniſtrare vrceolum quoq; cum vino ⁊ aq̄
manile ⁊ manutergium tenere epiſcopo ⁊ preſbyte-
ro ⁊ leuitis pro lauandis ante altare manibꝰ aquam
prebere: corporalia ⁊ ſubſtratoria lauare de quibus
recte placuit patribus.xxxj. di. lex. ⁊. c. omnino. vt
qui myſtica ſacra contractant legem continētie de
beant obſeruare ſicut ſcriptum eſt in ꝓpheta. Mū-
damini qui fertis vaſa domini. Tenent aūt locum
duumvirorū qui erant ad gentiles. Sane iuxta de
cretum concilij tholetani.xxiij. di. ſubdiaconꝰ. Sub
diaconus cum ordinatur q: manus impoſitionē cō
ſecratoriā non accipit patenā de manu ep̄i vacuam
accipiat dicente ſibi ep̄o. Uide cuius miniſterium
tibi traditˀ. De manu vero archidiaconi pro eo ꝙ in
eius adiutoriū cōſecratˀ accipiat vrceū ſc3 cum vino
⁊ aqua manile.i. bacile ⁊ manutergiū. Premiſſa igi
tur verba ⁊ vtenſilia ſunt hmōi ſacramēti ſubſtātia
lia: cetera ſunt de ſolēnitate. ¶ Queritˀ aūt q̄re ſub
diaconus legit lectiones ad miſſam: cum nō reperia
tur hoc ſibi cōpetere vel ex noīe vel ex miniſterio ſi-
bi conceſſo? Reſpondeo in primitiua eccleſia diaco
nus non legebat euangelium: q: hoc ſtatutum non
erat. poſtq̄ vero illud ſtatutum fuit: preceptum eſt
etiam ⁊ vt ſubdiaconus qui diacono ſubeſt epiſtolā
ſiue lectionē legat. ſubdiaconus autem vtitur ami
ctu ⁊ alba baltheo ſicut ⁊ oſtiarius: lector: exorciſta
⁊ accolitus ⁊ inſuper tunica ⁊ ſudario. tunicam ſtri
ctam portat vt ſe iuſtitia quaſi lorica induat. ſudari
um vt ſordes a vaſis extergat. de quo in parte ſequē
ti ſub ti. de tunica ⁊ manipulo dicetur. Hoc officio
vtitur qui tante mundicie eſt ꝙ ipſius exēplo ⁊ con
ſilio ceteri a ſordibus criminum lauantˀ. ¶ Xp̄s hoc
officium exercuit quādo in chana galilee de aqua vi
num fecit ⁊ qn̄ cena facta mittens aquā in peluim
pedes diſcipuloꝝ lauit. Canon adriani pape.lxiij.
diſt. valētinianus in fi. videtˀ innuere ꝙ imperato-
re3 ordinem ſubdiaconatus habere: vbi dicitˀ. Adiu-
tor ⁊ defenſor tuus vt meum ordinem decet ſemper
exiſtam: ſ3 nō eſt ita gerit tamē illud officium: qm̄ in
die ordinationis ſue receptus primo in canonicū a
canonicis ſancti petri miniſtrat dn̄o pape in miſſa ī
officio ſubdiaconatus parando calicem ⁊ hmōi fa-
ciendo. Quidā etiā dicunt vt no. ff. de re. di. ſancta
ꝙ ſit p̄ſbyter. Iuxta illud. Cuius merito quis nos
ſacerdotes appellat. Imperator etiam pontifex di
ctus eſt ꝓut in tractatu de epiſcopo dicetur.

De diacono. Rubrica.

Diacom grece dicuntur hebraice leuite
latine vero miniſtri ſeu aſſumpti ſiue of
ferētes ſm̄ Iſido.xxxi. di. lex. ⁊.xx. di.
cleros. Diaconoꝝ quidem ordo in lib.
numeri. a tribu leui filio Iacob ſum-
pſiſſe legitur exordium ⁊ inde leuite.i. aſſumpti vo-
cabantur. qm̄ aſſumpti ſunt ad auxilium ſacerdotū
vt eleazar ⁊ ithamar. Dn̄s enim ad moyſen locutus
eſt dicens. Applica tribum leui ⁊ fac eum ſtare in cō
ſpectu aaron ſacerdotis ⁊ miniſtrent ei vt excubent
⁊ obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudi
nis coram tabernaculo teſtimonij: ⁊ cuſtodiant va-
ſa tabernaculi ſeruientes in miniſterio: ſicut eñ in
ſacerdote cōſecratio: ita in diacono miniſterij diſpē
ſatio habetur: vt iam dicetur. A quinquageſimo au
tem anno iuſſi ſunt leuite vaſa cuſtodire ⁊ a.xxv. an
nis ⁊ ſupra iuſſi ſunt in tabernaculo deſeruire tanq̄
etatis ad onera portanda robuſti qui poſſent archā
federis menſam ꝓpoſitionis ⁊ vaſa tabernaculi de-
portare qḋ ⁊ in nouo teſtamento recolitur cum dia-
conibus ſupra ſiniſtrum humerum ſtola imponitur:
⁊ in diebus ieiunioꝝ ſupereundē humerū caſula cō
plicatˀ: q: quicquid laboris in hac vita ſufferimꝰ tan-
q̄ in ſiniſtra portamus donec a ſiniſtra tranſeamus
in dexteram in qua requiem habeamus. Hinc etiā
diaconi cardinales menſā lateraneñ. altaris hume
ris ſuis in die cene ad ſacrarium deportāt ⁊ in ſab-
bato ſancto ab altari reportant. Ipſi quoq; ſemper
ſummū pōtificē velut archā federis deportāt. Non
ergo diaconus dalmaticā nec ſubdiaconus tunicel
lā in diebꝰ ieiunioꝝ in officio miſſe portant propter
rationē.in.iij. parte ſub ti. de diacono. ⁊ in.vj. par-
te ſub tit. de ſeptuageſima ſcriptam: ſed caſulas ſeu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

planetas ſup humerū ſiniſtrum cōplicatas geſtant nō replicatas a dextris ⁊ a ſiniſtris ſicut facit ſacerdos: ſʒ ab anteriori pte ſup brachia eleuatas. Subdiaconus tñ epl'am lecturus illā deponit: qua lecta eā reſumit ⁊ diacon⁹ euangeliū lecturus illā exuit ⁊ cādē cēter plicatā ſup ſiniſtrū humerū imponit ⁊ ſub brachio dextro ligat: ita ꝙ ab humero ſiniſtro ad latus dextrū ad modū ſtolle deſcēdat. ſicq; circūcict⁹ eā tenet donec dicaꝶ illa vltima oratio poſt cōionē: tunc exūt illā induit ſicut prius. Miſſa vo finita tāʒ ſubdiaconus ꝙ̄ diaconus illas deponit. Sane hec diuio plena ſunt myſterio. Planetas vo replicatas his tpibus portāt. Primo ppter iā ſuprapoſitā rōnē Scdo eas portant ad oſtendēdū ꝙ ipſi ad tantā pfectionē in illis tenenꝶ ad quantā ſacerdos in alijs dieb⁹. ⁊ ad notandū ꝙ ex charitate que p planetaʒ ſignificaꝶ miniſtrāt. ⁊ nō ex timore put in veteri lege fiebat que erat lex timoris ⁊ nō amoris: ſicut noua pſertim tēpore ieiunij qd ſine charitate factū meritoriū nō eſt. Ferūt aūt illas ab interiori pte eleuatas vt liberius valeāt miniſtrare: ⁊ ad oñdēduʒ ꝙ ipi iuxta apl'm ad hebreos: que retro ſunt obliuiſcētes ad interiora ferunꝶ Portant etiā illas ſup brachia eleuatas ad ſignificādum ꝙ opere debēt charitatē oñdere quā gerunt in mēte. p manus em̄ ⁊ brachia charitas cōgrue deſignaꝶ. nō aūt replicatas a dextris ⁊ a ſiniſtris put facit ſacerdos ad inſinuandā diſſimilitudinē poteſtatis ⁊ officioꝶ ſuoꝶ. Subdiaconus tñ epl'aʒ lecturus tāꝙ̄ officio ſuo functurus illā deponit. ipſe nāq; ex officio ſuo veterē legeʒ repñtat. Uñ ⁊ epl'e q̄ſq; de veteri lege ſumunꝶ ſub qua nō ex amore vt pmiſſuʒ eſt: ſed ex timore ſeruiebaꝶ: q2 ergo illō durauit ꝙ̄diu lex durauit: ideo ad hoc figurādū donec epl'a finiaꝶ nō tenet planetā q̄ amorē deſignat. ¶ Diaconus vo euāgeliū legēs eā nō deponit: ſʒ iuxta modū ſtole ſuo officio cōpetēt illā ſibi coaptat: q2 eius officiū eſt doctrinā euāgelicā q̄ eſt lex amoris pdicare: ⁊ hoc eſt ex amore qui facit iugū dñi ſuaue qd iugū ex quo oīa mūdana pmūtur per ſtolā ſup ſiniſtruʒ humerꝶ ſignificaꝶ. Cingiꝶ aūt planeta. i. charitate ab humero ſiniſtro in latus dextrū vt ſit ei ſuaue iugum dñi in pſperis ⁊ in aduerſis que p leuā ⁊ dextrā deſignaꝶ tanꝙ̄ armat⁹ in humeris ɔtra aduerſa ⁊ ſuccinctus in latere cōtra mundi ſuauia ſeu pſpera. ¶ Rurſus diaconus duplex gerit offm̄. ſ. predicādi pplo. vñ lecturus euangeliū dicit ppl'o. Dñs vobiſcū. ⁊ miniſtrādi ſacerdoti. Nempe ppter pdicādi officiū caſulā ſup humerū portat: q2 pdicator in pñti vita opa populi portare debʒ qd a legali ſacerdote tractū eſt: qui dū ſacrificabat ſummitates balthei ſup humerū reflectebat. p eo vo ꝙ ſacerdoti miniſtrat ⁊ q2 ppter inſtantes neceſſitates ire atq; redire hʒ dexterā habere debʒ expeditā ⁊ liberā. Uñ in tholetano cōcilio. xxv. diſt. vnum ita legitur. Unū orarium oportet leuitam geſtare in ſiniſtro humero ppter qd orat. i. pro eo qd pdicat. Preterea ſubdiaconus ⁊ diaconus lecturi deponūt caſulas quaſi pfitentes nō eſſe veſtē ppriaʒ: ſed ob reuerentiam tēporis recipere commodataʒ.

¶ Deniq; circa finem miſſe diaconus planetā induit. ad notādum ꝙ non ſufficit opus ex charitate inchoare niſi ⁊ in charitate pficiaꝶ. Tertio etiam dici pōt ꝙ diaconus caſulam induens innuit ſe eſſe pdicatorem qui in dilectione ferueat: ⁊ vite cōtēplatiue inhiet. dum vero ſe illa precingit ⁊ humero duplicatā imponit. opus pdicationis: orationis: ⁊ lectionis intromittit. ⁊ primo in neceſſitatibus ſubuenit quā reflectit in dextrā cum oīa refert ad ſummum bonū. Et ſic dum caſulā induit Mariam dum pcingit repreſentat in miniſterio martham. Quarto dum diaconus ieiunioꝶ tēpore caſulā ſup humerum replicat quaſi gladium cōtra hoſtē vibrat: vt dicetur in phemio tertie partis. In nouo vo teſtamēto ordo iſte ab aplis ſumpſit initiū qui ſepteʒ viros boni teſtimonij plenos ſpūſctō diaconos elegerunt vt iaʒ diceꝶ. Unde ⁊ ſancti patres decreuerūt. xciij. diſt. diaconi. ⁊. c. ſeq. vt in matrice eccl'ia ſeptē diaconi circa altare pontifici in celebratione miſſe aſſiſtant. Hi in apocalypſi dicuntur ſepteʒ angeli tuba canentes: q2 illoꝶ eſt alta myſteria de ſupna inſpiratione foris reſonare. Hi ſunt ſeptem candelabra aurea quia xpi lucē euangelij alijs oſtēdere debēt. Hi dicuntur ſeptem tonitrua: q2 terribiliter cōminari debent ꝙ omnis arbor que non facit fructuʒ bonum ⁊c. extra de deci. ꝙ̄uis. in fi. xciij. diſt. diaconi ⁊. c. ſequen. Hi preconis more balaam admonēt ad orandum ⁊ genua flectendum. Ad eos quidem pertinet aſſiſtere ſacerdotibus ⁊ miniſtrare in omnib⁹ que agunꝶ in ſacramentis chriſti in baptiſmo ſcʒ in chriſmate: in patena ⁊ in calice oblatiōes: id eſt hoſtias inferre ⁊ diſponere in altari: cōponere etiā: id eſt ornare menſam dñi. i. id eſt altare atq; veſtire crucem ferre: puta in proceſſionibus ⁊ predicare. i. legere euangelium ⁊ apoſtolum. i. epiſtolam: puta ſubdiacono deficiēte. xxv. di. perlecti. extra de deci. ꝙ̄uis. in fi. Nam ſicut lectoribus vetus teſtamentuʒ: ita diaconibus nouum predicare. i. legere pceptum eſt. ſicut em̄ dñs donec euangelium predicauit miniſter fuit. Iuxta illud. Nō veni miniſtrari ſʒ miniſtrare: ita nulli magis cōuenit euangelium legereꝙ̄ diacono qui miniſter interpretatur. Unde cum ordinatur ideo ſtolam per quā chriſti iugum ſignificaꝶ accipit q2 euangelium in quo de ipſo iugo contineꝶ lecturus eſt. Ad ipſum quoq; pertinet officium preconum. id eſt dicere letanias ⁊ recitatio nominum eorum qui ordinandi vel etiam baptiʒandi ſunt. Ipſe premonet aures adhibere ad deum cuʒ dicit. humiliate capita veſtra deo: vel humiliate vos ad bñdictionē: ipſe hortatur clamari dicēdo Kyrieleyſon i rogationibus: ipſe donat pacem ſcʒ ſubdiacono vel ſaltem cum dicit: dñs vobiſcum ⁊ annunciat feſtiuitates. ¶ Hec ſiquideʒ ⁊ alia plura ad eius pertinēt officium que in canonibus Hieroñ xciij. diſt. diaconi. ⁊. c. legimus. plenius continentur. Debent etiaʒ tanꝙ̄ oculi epiſcopi cuncta circūluſtrare ⁊ epiſcopo referre. xciij. diſtin. diaconi eccleſie. ⁊. c. ſequē. vſq; ad. §. compagis. non tamē debēt baptiʒare nec dominicū corpus diſpenſare niſi in neceſſitate ſcilicet

epõ vel preſbytero abſentibus et iubentibus: nec pñt calicem benedicere. Non debent etiã inter ſacerdotes vel corã eis vel ſupra ipſos niſi eoꝝ iuſſu ſedere pñt. tñ in conuentu preſbyteroꝝ rogati predicare. ¶ Diacones tenent loca quaternionũ qui apud gentiles erant. ¶ Sane ſicut in canone. xxiij. diſt. diaconus. legit diaconus cum ordinat ſolus epũs qui eum benedicit manus ſuas ſup caput illi' imponit: q2 nõ ad ſacerdotium ſed ad miniſteriũ. i. ad diaconatũ ꝯſecrat. i. ordinat. In actibus tamẽ aploꝝ ita legit. Hos ſtatuerunt ante ꝯſpectũ apoſtoloꝝ ⁊ orantes impoſuerũt manus ſuper eos. In quo oſtendit non ſolum epm: verũetiam preſbyteros tunc aſtantes debere manum ſup diaconũ dũ ordinat imponere. Nũquid enĩ prius põt precari ſolus epũs ꝙ plures apoſtoli. imponentes enĩ manum non dant ſanctũſpiritũ: ſed orant vt ſup eos veniat. Cum igitur vſus oim donoꝝ non ſit in vno: ſed in pluribus: merito plures manus imponant vt vnuſquiſq3 dñm deprecetur vt partez de ſpũ ſuo tribuat ordinãdo ad inſtar moyſi de cuius ſpiritu dñs dedit ſeptuaginta viris. Ideo aũt fit manus impoſitio ſuper ordinandos: q2 per manum opera: ꝑ digitos ſpũſſancti dona: per caput vero mentẽ intelligimus. Recte ergo manus imponit: q2 donis ſpiritus ſancti in mente imbuti ad opera chriſti mittuntur. De manus impoſitione ſub titulo de epõ dicetur. Sed cũ diacono manus imponat. extra de ſacra. non ite. c. fi. queritur quare qñ poſtea fit preſbyter ei manus imponit iterato? Reſpondeo q2 per conſecrationem tranſit de opere ad opus. i. de miniſterio ad dei immolationem qd ſicut nec illud gratia dei adiuti agere non valemus. Suſpenſio vero manuum fit dum oratio ſuper caput effundit ordinandi. extra de ſacra. non ite. c. fi. ¶ Et nota qm̃ tunc ⁊ ſuper confirmatos in frontibus ⁊ cum ſal ⁊ aqua palle altaris veſtes ſacerdotales ⁊ hmõi bñdicunt ideo manuum ſuſpenſio fit: q2 virtutus quedã manibus ꝯſecratis ineſt que quaſi ſuſcitat dum benedictio cum hmõi manuum ſuſpenſione ſuper res effunditur benedicendas. vnde apoſtolus monens diſcipulum inquit Moneo te vt reſuſcites gratiaz dei que eſt in te per impoſitionem manuum meaꝝ. ij. ad Tym. j. c. Ut ſicut corde per effectũ ſic corpore per ſuſpenſionem manuum deuotis excitet. nõ enĩ ſolum in rebus animatis. verũetiã in rebus inanimatis virtus conſiſtit. vnde nonnulli aſſerũt ꝙ virtute templi ſi quis illud ex deuotione ingredit venialia in eo delentur. Rurſus ſuſpenſio hmõi in prelationem exorciſmoꝝ potiſſime fit: quaſi ſacerdos ipſo corporis actu fugando diabolos virtute conſecrationis manuum comminet. Tertio põt dici ꝙ diſpenſatio ſacramentoꝝ ſoli deo principaliter: miniſtris vero eccl'ie miniſterialiter competit. ipſi enim nihil a ſe ſ3 a principali habent agente. Quia ergo in ſacramentoꝝ diſpenſatione veſtium vel aque et huiuſmodi benedictione ſeu ꝯſecratiõe aliqua ſpiritualis ſanctificatio ꝯfert quã miniſtri de ſuis meritis non ꝯfiſi: debent ab ipſo deo corde ⁊ opere poſtulare: cõgruum eſt hec per eleuationẽ ſeu ſuſpenſionem manuũ per quas opera intelligunt exprimi vnde Thren. iij. Leuemus corda noſtra cũ manib'.
¶ Diaconus dalmatica vtitur vt diſcat occultam rationem ſublimium indagare Unde in quibuſdaz eccleſijs ea non niſi in feſtis vtitur: q2 diſcipuli ſublimia non intellexerunt niſi poſtꝙ dñs eſt glorificatus ⁊ vtitur ea ſine alba tempore oblationis ⁊ lotionis tñ: ſicut ſtatuit zozimus papa. xciij. diſt. diaconus ſedeat. Ad hoc diacono cum ordinatur tradit ſub certis verbis ſtola ⁊ codex euangelij que res et verba ſunt huius ſacramenti ſubſtantialia: cetera ſunt de ſolẽnitate. Ideo autem ſtolam accipit: q2 euangelium qd per chriſti iugum figurat lecturus eſt. Hoc officio vtitur qui corpus ⁊ ſanguinẽ chriſti diſcrete diſpenſat ⁊ qui ad orandum ⁊ vigilandum ſui exemplo alios ortatur. Chriſtus vero hoc officiuz exercuit qñ poſt cenam ſacramentũ corporis ⁊ ſanguinis ſui proprijs manibus diſcipulis diſpenſauit ⁊ iterum qñ apoſtolos hortatus eſt ad orandum dicens. vigilate ⁊ orate ⁊c. ⁊ qñ euangeliũ ꝑdicauit.

¶ De ſacerdote. Rubrica.

Sacerdotalis ordinis inſtitutio a veteri lege exordium ſumpſit dñs nãq3 legitur ꝑcepiſſe moyſi. Applica inquit fratrem tuũ aaron ad te cũ filijs ſuis de medio filioꝝ iſrael vt ſacerdotio mihi fungatur. Unxit ergo moyſes aaron in maiorem ſacerdotem: filios vero illius in minores. Unde ꝓphe ta inquit Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius. i. primi ⁊ ſummi inter ſacerdotes fuerũt. Ipſe tamẽ moyſes prior fuit ꝙ aaron ordine ⁊ maior adminiſtratione. xxij. diſt. ſacro. in glo. hinc eſt ꝙ moyſes illum inſtruebat ⁊ tanꝙ minorem redarguebat. de pe. diſt. iij. inter hoc. ſed quo ad ꝯſecrationẽ ſacerdotalem pares fuerunt. Moyſes autem non offerebat hoſtias: ſed ſolum vota pro populo. xxxvj. diſt. ſi quis vult. lxxxviij. diſt. decreuit. Ante legem etiã ſacerdotes fuiſſe leguntur. Unde melchiſedech iuſtus ſacerdos dei altiſſimi legitur extitiſſe cui decimas ex omnibus ſpolijs abraam tanꝙ ſacerdoti ꝑſoluit. Erant autez multi minores ſacerdotes quos chananeos cõmuniter appellabãt: ⁊ vnus erat ſummus ſacerdos quẽ vocabãt ſpecialiter ara barchũ. Sed ⁊ dauid. xxiiij. ſummos ſacerdotes inſtituit: ſedecim de eleaſar: et octo de ythamar: quibus cũ omnibus vnum prefecit quẽ ſtatuit principem ſacerdotũ ⁊ ſingulis per ſortẽ vicis ſue diuiſit hebdomadas: quarum octaua peruenit Abie de cuius genere zacharias pater iohãnis baptiſte deſcendit.
¶ In nouo quoq3 teſtamento chriſtus maiores et minores ſacerdotes conſtituit videlicet duodecim apoſtolos ⁊ ſeptuagintaduos diſcipulos per apoſtolos electos quos premittebat binos in omnem ciuitatem ⁊ locum quo erat ipſe venturus. xxj. diſt. in noua. Sicut enĩ deus per moyſen ſummos pontifices regendis populis in lege prefecit ⁊ ad coruz ſocietates ⁊ operis adiumentum ſequẽtis ordinis

viros ⁊ ſecunde dignitatis elegit. Nam ⁊ in eleaza-
ro ⁊ ythamar filijs aaron paterne tranſfudit pleni-
tudinis abundantiam vt ad hoſtias ſalutares ⁊ fre
quentioꝛis officij ſacramēta miniſterium ſufficeret
ſacerdotum. Et ſicut in heremo per .lxx. viroꝝ pꝛu
dentium mentes moyſi ſpiritum pꝛopagauit. quibꝰ
ille vſus in populo innumerabiles multitudines fa
cile gubernaret. ſic ⁊ chꝛiſtus apoſtolis ſuis diſcipu
los addidit quibus illi totum oꝛbem ſanctis pꝛedi-
cationibus repleuerunt ſicut hec ⁊ alia in pontifica
li ſub oꝛdinatione ſacerdotis habētur. Apoſtoloꝝ
itaq; vices maioꝛes obtinent ſacerdotes: id eſt epi-
ſcopi qui dicuntur ſummi. ij. q. vij. accuſatio. de con-
ſecra. diſtinctio. v. manus. ⁊ c. de his. diſcipuloꝛum
vero minoꝛes: id eſt pꝛeſbyteri. Petrum autē quaſi
in ſummū ſacerdotem elegit ei pꝛe omnibus claues
regni celoꝛum tradens ⁊ ipſum pꝛe ceteris ponēs ca
put ⁊ fidei fundamētum inquiens. Tu es petrus ⁊
ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. xxj.
diſtin. in nouo. Iuxta illud pꝛophete. Pꝛo patribus
tuis nati ſunt tibi filij ⁊c̄. lxviij. di. quoꝛꝝ. Apoſtoli
vero epiſcopos pꝛeſbyteros ⁊ leuitas oꝛdinauerunt
ſicut in pꝛohemio huius partis dictū eſt. Sacerdo
tes ergo ſunt ſucceſſoꝛes .lxx. viroꝛum quibus dñs
moyſi ſpiritum pꝛopagauit. ⁊ .lxx. diſcipuloꝝ ſicut
epiſcopi ſunt vicarij moyſi ⁊ apoſtoloꝛum. ❡ Ceterū
ſm̄ Iſidoꝛum. xxj. diſtin. cleros. Pꝛeſbyter grece la
tine ſenioꝛ interpꝛetatur non modo pꝛo etate vel de-
crepita ſenectute: ſed pꝛopter honoꝛem ⁊ dignitatē
quam acceperunt. Senectus enim venerabilis eſt ⁊
cani ſunt ſenſus hominis. extra de tranſla. quāto. ij.
q. vj. anterioꝛ. Unde ⁊ dñs inquit ad moyſen. Con-
grega mihi .lxx. viros de ſenioꝛibus iſrael quos tu
noſti ꝙ ſenes ſint populi ⁊ magiſtri. Pꝛeſbyter ergo
ſm̄ Hie. xciij. diſtin. legimus. ad fi. nomē eſt etatis.
epiſcopus vero dignitatis. Poꝛro ſicut in libꝛo nu-
meroꝝ legitur. Moyſi pꝛecipitur vt eligat pꝛeſby-
teros. i. ſenioꝛes. lxxviij. diſt. poꝛro. vnde in pꝛouer.
dicitur gloꝛia ſenum eſt canicies. Hec vero canicies
ſapientiam deſignat: de qua ſcriptum eſt. Canicies
hominum pꝛudētia eſt. Cumq; nongentis ⁊ eo am-
plius annis ab Adam vſq; ad Abraam vixiſſe homi
nes legamus nullus alius pꝛimus appellatus eſt pꝛe-
ſbyter. id eſt ſenioꝛ niſi Abꝛaam qui multo paucio-
ribus annis vixiſſe conuincitur. Nō ergo pꝛopter de-
crepitam etatem: ſed pꝛopter ſapiētiam pꝛeſbyteri
nominātur. Hinc eſt ꝙ illi duo iudices qui falſo iu-
dicauerunt ſuſannā pꝛeſbyteri vocati ſunt. qui autē
pꝛeſbyteri nunc nuncupātur olim pꝛincipes populi:
vt choꝛe dathan ⁊ abiron. vel magiſtratus aut ma-
giſtri templi vt nicodemus ⁊ gamaliel dicebantur.
❡ Dicitur autem pꝛeſbyter quaſi alijs viuendi pꝛe-
bens iter: vel pꝛebēs beatum iter: videlicet populo
de exilio mūdi ad patriaꝫ paradiſi. de pꝛeſbytero ēt
ſub titu. de epiſcopo dicetur. ❡ Sacerdos vero an
tiſtes dictus eſt: quia ante ſtat ⁊ ſupꝛa ſe nullum in
eccleſia habet. xxj. diſt. cleros. Dicitur quoq; ſacer-
dos a ſacrificando: q2 cōſecrat ⁊ ſacrificat. vñ etiam
dicitur ſacerdos quaſi ſacra dans vel ſacer dux: vt
ait Beda ⁊ Gꝛego. in paſtoꝛali. lib. ij. xviij. c. Sacer
dos etiam dicitur iuſticie cultoꝛ. Iuxta illud. Cuiꝰ
merito quis nos ſacerdotes appellat. ff. d̄ iuſti. ⁊ iu.
l. j. In pleriſq; locis ſacerdotes capellani vocātur.
Nam antiquitꝰ reges francie ad bella pꝛocedentes
cappam beati Martini ſecū poꝛtabant que ſub quo
dam tentoꝛio ſeruabatur: quod ab ipa cappa dictꝫ
eſt capella: ⁊ clerici in quoꝛum cuſtodia ipſa capella
erat inde capellani dicebātur: ⁊ conſequenter ab il-
lis ad cunctos ſacerdotes nomen illud in quibuſdā
regionibus eſt tranſfuſum. Sunt etiam qui dicunt
ꝙ antiquitus in expeditionibus in tentoꝛijs fiebāt
domuncule de pellibus capꝛarum ſupertecte in qui
bus miſſe celebꝛabātur: ⁊ inde capelle nomē tractuꝫ
eſt. Sacerdotes vero gētilium flamines dicebātur
ſicut in pꝛohemio huius partis dictū eſt. Pꝛeſbyte-
ri vices gerunt edilium qui apud gentiles fuiſſe no
ſcūtur. ❡ Sane ſm̄ canonicam traditionem pꝛeſby-
ter cum oꝛdinatur epo eum benedicēte ⁊ manuꝫ be
nedictoꝛiam ſupꝛa caput eius tenēte ⁊ omnes pꝛeſby
teri qui pꝛeſentes ſunt manꝰ ſuas iuxta manus epi-
ſcopi teneant ſupꝛa caput illius ſpiritumſanctum in
uocantes: que manus impoſitio operum ſanctiſpiri
tus exercitationem ſignificat. Nam per caput mēs
accipitur per digitos ſanctiſpiritus dona: p manus
opera figuramus. Quare autē fit manus impoſitio
cum facta fuerit cum in diaconum oꝛdinaret dictuꝫ
eſt ſub ti. de diacono. Unguntur etiam manus pꝛe-
ſbyteri oleo in ſui oꝛdinatione. de quo in pꝛima par-
te ſub titu. de vnctione dictū eſt. ❡ Sacerdotes vi
cem gerūt xp̄i dum pꝛo peccatis obſecrant: ⁊ per pe
nitētiam recōciliant peccatoꝛes. Mediatoꝛes eniꝫ
ſunt inter deum ⁊ homines pꝛout in ſequēti tit. ple-
nius oſtēdetur. Hi ſtolam ſup vtrumq; humeruꝫ ac-
cipiūt vt ex hoc ſe p arma iuſticie eſſe munitos intel
ligant: put in ſecūda pte ſub ti. de ſtola dicet. Acci-
piunt quoq; de manu pontificis calicem cum vino
⁊ patenam cū hoſtia: quatenus his inſtrumētis po-
teſtatem ſe accepiſſe cognoſcāt placabiles hoſtias
⁊ coꝛpꝰ ⁊ ſanguinē chꝛiſti offerēdi. Unde epiſcopus
hec tribuēs dicit. Accipite poteſtatem offerre ſacri-
ficium deo miſſamq; celebꝛandi tam p viuis ꝙ pꝛo
defunctis in nomine dñi. Hoc oꝛdine nullus in eccle
ſia celſioꝛ eſt. Epiſcopis tamen quedam ſupaddita
eſt poteſtas ſicut in pꝛoximo ti. dicet ⁊ in huius par
tis pꝛohemio tactum eſt: ne ſi eadem poteſtas paſſim
penes oēs ſit obedientia ſoluatur ⁊ ſcandalū gene-
ret. lxxxix. di. ad hec. ❡ Non autē vacat a myſterio
ꝙ oꝛdinatoꝛ oꝛdinatum in ſacerdotem cōmunicās
oſculatur: diaconus vero vel ſubdiaconus oꝛdinati
cōmunicātes oſculantur manuꝫ oꝛdinatoꝛis. Ratio
diuerſitatis eſt pꝛimo: vt p hoc oꝛdinum notetur di
ſtinctio. put in quarta pte ſub titu. de cōmunicatio-
ne ſacramēti dicetur. Secūdo q2 pōtifex oſculādo
ſacerdotem denotat ꝙ ille ad equalitatē oꝛdinis re-
cipit ꝙtum ad ſacramētum euchariſtie cōſecrandū
ꝙ eſt ꝙ ſacramētum amoꝛis qui p oſculū ſignifica
tur. Diaconus vo ⁊ ſubdiaconꝰ nō recipiūtur ad ta
lē equalitatē: ſꝫ ad imitationeꝫ bone opatiōis q̄ ex:

charitate procedit: qđ ſm Grego. per manus oſculū deſignatur. Sane ei qui in preſbyterum ordinatur traduntur ſub ceteris verbis ſtola ⁊ caſula calix cū patena ⁊ etiam inungit̄: que res ⁊ verba ſunt huiuſmodi ſacramēti ſubſtantia. Cetera vero pcedentia et ſequentia de ſolennitate ſunt. Porro ſicut ait beatus Auguſtinus. xxviij. diſti. que ipſis. Sacerdotes ſcire debēt librum ſacramētorum ſiue miſſale lectionarium: antiphonariū: baptiſterium: compotū: canones penitētiales: pſalteriū: homelias per circulum anni diebus dominicis ⁊ feſtiuis aptas ex quibꝰ omnibus ſi vnū defuerit ſacerdotis nomē vix in eo cōſtabit. Magnus etiam dionyſius. ea. diſti. omēs inquit. Subſtātia ſummi ſacerdotij ſunt eloquia diuinitus tradita. i. vera diſciplina ſeu ſciētia diuinarum ſcripturarum. Et propheta quia tu ſciam repuliſti ⁊ ego te repellā ne ſacerdotio mihi fungaris. non debēt enī diſcere qui ex officio alios debēt docere. xxxviij. di. eccc. j. q. vij. conuenientibus. De premiſſis vero libris ⁊ homelijs in prohemio ſexte partis dicetur. Item quę ſint canones penitētiales ⁊ vtrum ſacerdos penitētias in illis diffinitas valeat moderari: ⁊ que ſacerdotes ſcire oportz: diximus in aureo repertorio noſtro ſub ti. de peni. ⁊ re. de computo in finali parte dicemus. Hoc officiū xp̄s exercuit qñ poſt cenam panē ⁊ vinū in corpus ⁊ ſanguinē ſuū diuina virtute ꝯuertit dicēs apoſtolis. Accipite ⁊ comedite: hoc ē corpus meū ⁊c̃. Excellentius quoq; hoc officio vſus eſt cum pro peccatis humani generis ſeipm̄ in ara crucis obtulit patri idem xp̄s ſacerdos ⁊ hoſtia. ⁊ adhuc glorioſus iplet dum ſedēs ad dexteram patris interpellat pro nobis.

¶ De epiſcopo. Rubrica

tatis domini incluſiue:⁊ a ſeptuageſima vſqꝫ ad of
ficium miſſe vigilie paſche excluſiue quandocūqꝫ in
predictis temporibus offm̄ de tempore agitur exce
ptis q̄nta feria cene domini:⁊ ſexta feria in paraſce
ue. In feſtiuitatibꝰ vero ſanctoꝝ q̄ in ſeptuageſima
⁊ in aduētu occurrūt nō eſt nigris vel violaceis vtē
dū. Et eſt itelligēdū ꝙ in ſabbato ſctō i toto officio
qd̄ agitur ante miſſaꝫ vtēdū eſt violaceo colore: hoc
excepto ꝙ diaconꝰ qui benedixit cereuꝫ indutꝰ dal-
matica:⁊ ſubdiaconus miniſtrās indutus tunicel-
la albis vtūtur:q: benedictio illa ſicut ⁊ miſſa ad re
ſurrectioneꝫ pertinet:ſed benedictione cerei exple-
ta diaconus remota dalmatica aſſumit planetā vio
lacei coloris ⁊ tenet eam vſqꝫ dū inchoatur officiuꝫ
miſſe ſubdiaconus vero non mutat veſtes. Quidaꝫ
etiam in dominica ramiſpalmarum vtūtur albis in
proceſſione ⁊ in ramoruꝫ benedictione dum legitur
euangeliū ⁊ dum cātatur gloria laus propter letici
am feſtiuitatis chriſto facte que in ꝓmiſſis comme-
moratur:ſed eccleſia romana tūc ſemper vtitur vio-
laceo colore:⁊ in ꝓceſſione que fit in purificatione
ante miſſam pro eo ꝙ officium illud eſt de antia ex-
pectatione Symeonis ⁊ ſapit vetus teſtamentum.
Utitur etiā eccleſia romana violaceo colore in quat
tuor temporibus ſeptembris ⁊ in vigilijs ſanctoruꝫ
in quibꝰ eſt ieiuniū quādo miſſa eſt de vigilia. Et in
diebꝰ rogationum ⁊ in miſſa que dicitur in die ſan-
cti Marci de officio letanie. Cuꝫ enim ieiunamꝰ car
nem noſtram crucifigētes maceramus: vt ſic facta
liuida chriſti liuoribus conformet:cuiꝰ liuore ſumus
ſanati. Ad quod deſignandum tunc colore violaceo
vtimur:q̄ pallidus ⁊ q̄ſi liuidus eſt ceterum velami
na trium colorum ponunt in altari in feſto paſcha-
lis prout dictum eſt in parte prima ſub tractatu de
picturis ⁊c̄.

¶ De indumentis legalibus ſeu veteris teſtamen
ti. Rubrica.

Quoniam minus plene rem ſignificataꝫ
humana fragilitas apꝓhēdit ſi penitꝰ
rem ſignificatam ignoret. idcirco de in
dumētis legalibus ad huius cecitatis
ignorantiam propellendam. primo ſm
hyſtoriam. ſecundo ſm allegoriā. tertio vero ſm tro
pologiam aliqua dicemus. Primo igitur ſm hyſto-
riam notandum eſt ꝙ quattuor erant legalia indu-
menta ſm moſaycā legē tam minoribꝰ ſacerdotibus
q̄ꝫ principi ſacerdotum cōmunia. de quibus legitur
Exo. xxviij. c. Primū dicebat manaſtaſim quod gre
ce bracce:latine vero feminalia linea dici pōt de byſ
ſo retorta contextū quo vtebant pro eo qd̄ legit in
Exo. xx. c. in fi. Non aſcendes ad altare meum per
gradus ne reueleт turpitudo tua. Ezechi. xliiij. Fe
minalia linea erūt in lumbis eoꝝ. Scd̄m cathemo-
ne ſiue linea quod nos ſubunculam vel albam: ſed
moyſes abaneth appellauit. hebrei vero deſcenden
tes a babilonijs emiſſaneam vocauerūt eratqꝫ byſ-
ſinum ⁊ duplex. Tertiū baltheus. id eſt zona vel cin
gulum latus quaſi digitis quattuor ſic reticulatus:
vt quaſi pellis viperea videret cōtextū de byſſo coc
co purpura ⁊ iacintho per que quattuor elementa ſi
gnificant. Quartum eſt thiara quod hebrei mane-
phic:nos autem infulā vel mitrā appellamus:a thi
dari pontificali in plurimum differens quaſi formā
rotunde caſſidis repreſentatus. ¶ Super hec quat
tuor communia quattuor ꝓprijs indumentis ponti-
fex vtebat. Primuꝫ erat tunica iacintina quam he-
breus dicit methil grece dicit poderis latine thala-
ris que habebat ꝓ fimbrijs malogranata cuꝫ octua
ginta tintinabulis aureis interſcalari modo diſpo-
ſita vt audiret ſonꝰ cū pontifex ingrederet ſanctua
riuꝫ ne forte moreret. Secūdum erat ephot. i. ſuper
humerale de quattuor predictis coloribꝰ auroqꝫ con
textum ſine manicis ad modum collobij habēs ap-
turam in pectore quandam ad magnitudinem pal-
mi in qua longeon eiuſdem menſure inſerebat. In
cuius ꝑte ſuperiori videlicet ſuꝑ humeros infibula
ti erāt auro duo lapides onichini q̄bꝰ duodeciꝫ noīa
filioꝝ iſrael erāt inſculpta:ſex in vno ⁊ ſex i altero.
Quod aūt ſamuel ⁊ dauid induti legunt ephot illō

erat lineũ: ⁊ ꝓprie quidem ephotar dicebať. Tertiũ hebraice dicebatur heſen grece longeon: latine v̇o rõnale vocať qḋ pontifex ferebat in pectore. Dictũ eſt autẽ rationale iudicij: q: ibi erat lapis in cuius ſplendore ſibi deum eſſe ꝓpitiũ cognoſcebãt. Erat aũt rationale quadrangulũ duplex in modũ vnius palmi. de quattuor p̄dictis coloribus auroq; contextum hñs duodecim lapides per quattuor ordines. In primo ſardium thopaſium ⁊ ſmaragdum. In ſcḋo carbũculũ ſaphirum ⁊ iaſpidem. In tertio ligurium achatem ⁊ amatiſtum. In quarto criſolitum onichinum ⁊ berillum. in quibus erant ſcripta duodecim noĩa filiorum iſrael. i. ſingulis ſingľa iuxta ordinem ſue natiuitatis. Erant etiam in eo ſcripta hec duo noĩa purim ⁊ thamin. i. veritas ⁊ diſciplina. Inſerebať aut longeon ſupꝑhumerali a pte ſuperiori ꝑ duos anulos ⁊ duas cathenulas aureas immiſſas duobus vncinis: qui ſub duobus p̄dictis onichinis ⁊ ſuperhumerali ꝯtinebantq inſixi: ab inferiori v̇o pte per duos anulos aureos cũ duabus iũcturis ſiue cathenis iacinthinis colligebať ephot. Quartũ ⁊ vltimũ erat capitis ornamentum: videlʒ thiara ſeu tidaris in acutũ ꝓcedens hñs circulum aureum cum malogranatis ⁊ floribus ex qua ſupra frontem pendebat aurea lamina quã petalũ dicũt ad modũ lune dimidie in qua ſcriptum erat anot: adonai. i. ſanctũ nomẽ dñi. tetragramaton. i. quattuor litterarum vt infra dicet. Ne v̇o cũ mouebatur pontifex moueret ⁊ lamina ligabať vitta ſeu iũctura iacinthina perſpicua que ſummitates poſterius diffundebat. Noſter ergo pontifex pro feminalibus habet ſandalia: pro linea albam: pro balteo cingulum: pro poderi tunicam: pro ephot amictũ vel ſtolam: pro longeon palliũ: pro tidari ſeu thiara mitrã pro lamina crucẽ. ⁊ quedã ex his diuerſam hñt formam ab illis ſm eandẽ figurã. Scḋo dicamus de typo dictorum legaliũ indumentorum ſm allegoriam. Sane his veſtibus ornatus pontifex totius orbis preferebat imaginẽ. Feminalia nãq; byſſina terrã congrue figurabãt: q: byſſus de terra ꝓcedit. Eſt eñ byſſus linũ egyptiacũ. Balthei cũ vittis orbicularis circũuolutionem oceani deſignabãt. Tunica ⁊ iacinthina ipſo colore aera p̄ferebat. Per tintinabula ſonitus tonitruorum. Per malogranata chorruſcationes fulgurũ ſignabanť. Quattuor minoris ſacerdotis: ⁊ quattuor ſummi pontificis indumenta: quattuor microcoſmi ⁊ quattuor macrocoſmi ptes ipſo numero deſignabãt. i. quattuor humores ⁊ q̄ttuor elemẽta. Ephot ſuſ varietate celũ ſyderiũ oñdebat. Qḋ aũt aurũ erat intextũ coloribus figurabat ꝙ calor vitalis penetrat vniuerſa duo lapides onichini ſolẽ ⁊ lunã vel duo hemiſperia deſignabant. In rõnali v̇o duodecim gẽme pectorales duodecim ſigna in zodiaco p̄ferebãt. Rõnale quidẽ erat in medio: q: rõne plena ſunt vniuerſa terrena ⁊ que celeſtibus herent: imo rõ terrenorum ⁊ tẽporum caloris et frigoris ⁊ duplex inter vtrũq; tẽperies de celi curſu ⁊ rõne deſcendit. Per anulos cathenulas ⁊ vncinos elementorum humorum ⁊ tẽporum colligamẽta ſignabanť. Tidaris celũ empireũ lamina ſuppoſita deũ prefigurabat oĩbus preſidẽtẽ. Hãc quidẽ allegoriã libri ſapientie. c. xviij. ꝯfirmat autoritas dicẽs. In veſte eñ poderis quã habebat totus erat orbis terrarũ ⁊ parentũ magnalia in quattuor lapidũ ordinibus erãt ſculpta ⁊ magnificentia tua i dyademate capitis illius erat ſcripta. ¶ Tertio ſubijcienda eſt expoſitio indumẽtorum legaliũ ſm tropologiã. his ſi quidẽ indumẽtis legalis ſacerdos h̄ ordine induebatur. lotis nãq; p̄us manibus ⁊ pedibus p̄us induebat manaſtaſim. i. feminalia ſignificãs ꝙ ſacerdos mũdatis opibus ⁊ affectibus lachrymis pnie dʒ aſſumere ꝯtinentiã vt offerat hoſtiã imaculatã ſanctã deo placentẽ. Noſter tñ pontifex q: iugẽ dʒ continentiã non induit in ſacrificio feminalia ſed ſandalia: ac ſi dicať. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Per manus eñ opa deſignanť ſm illud. Bñdictus dñs deus meus qui docet manus meas ad preliũ et digitos meos ad bellũ. Per pedes ſignificanť affectus ſm illud. Excutite puluerẽ de pedibus veſtris. Et eſt notandũ ꝙ ipſemet ſacerdos ſibi feminalia induebat ꝑ que virginalis ꝯtinentia ſignificabať: q̄ qm̄ res eſt ꝯcilij nõ p̄cepti. xxviij. q. j. ſicut eñ. xxxiiij. q. v. qui ſitit. ideo ipſemet ſibi iponebat. Iuxta illḋ apli ad Cor. vij. c. De virginibus p̄ceptũ dñi non habeo: ꝯſiliũ aũt do. Et dñs in euangelio. Qui p̄t capere capiat. Hoc indumentũ alternatim induebant ſacerdotes: qm̄ ad iugẽ ꝯtinentiã nõ ita tenebanť ſicut miniſtri noui teſtamẽti. ideo ꝫ ſm quoſdam huic indumẽto nullũ hodie rñdet. Scḋo iduebat cathemone. i. lineam ſignificãs ꝙ ſacerdos dʒ induere innocentiã vt qḋ ſibi nõ vult fieri alijs ne faciat. Linũ eñ ꝓpter candorẽ ſignificat innocentiam ſm illud. Omni tpe veſtimẽta tua ſint candida. Tertio cingebat ſe baltheo ſignificãs caſtitatem quo circa lumbos dʒ accingi vt reſtringat carnis ꝯcupiſcentiã. Vñ veritas ait. Sint lumbi v̇ri p̄cincti: ⁊ lucer. arden. in mani. ve. Baltheũ autẽ qḋ ꝯtextũ erat ex quattuor ꝓut ſuperius dictũ eſt. ſignificabat ꝙ oẽs motus ſurgentes ex quattuor humoribus ſiue ex quattuor elemẽtis dʒ refrenare. ꝓuer. vlt. Et cingulũ tradidit chananeo. ⁊ Iſa. ix. c. Erit iuſticia cingulũ lumborum eius. Per iuſticiã eñ refrenanť huiõi motus beſtiales. pendebãt autem vſq; ad pedes: q: vſq; ad finẽ vite debebat eẽ mundus. Quarto iduebat tunicã poderi. i. talarẽ ſignificãs ꝙ pontifex dʒ induere pſeuerantiã: q: qui pſeuerauerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Per talũ eñ ideſt ꝑ extremitatẽ pſeuerantia deſignať: ſm illud Ipſa cõt. ret caput tuũ ⁊ tu inſi. cal. eius. Depẽdebãt aũt pro fimbrijs malogranata cũ tintinabulis aureis. ꝑ malogranatũ intelligiť opatio. ꝑ tintinabulũ aureũ accipiť p̄dicatio q̄ duo debent in ſacerdote ꝯiungi ne ſine illis ingrediẽs ſanctuariũ in cõſpectu dñi moriať. cepit eñ ieſus facere ⁊ docere ſacerdotibus relinquens exẽplũ vt ſequanť veſtigia eius qui pctm̄ nõ fecit vt ſit honeſtas in ꝯuerſatõe: nec inuentus eſt dolus in ore eius vt ſit veritas in p̄dis

cationē. Per tintinabula qꝫ intelligitur vox pdicatoris ne videlꝫ ſacerdos per ſilentiū iudiciū ſuperni inſpectoris offendat. Per malogranata exēplū bone vite vel voluntas martyrij: q: hmōi granis reficiuntur īfirmi. ſacerdos aūt ſm Greg. xliij. di. fit rector. ingrediēs moritur: vel egrediēs moritur ſi de eo ſonitus non audiatur: q: iram circa ſe occulti iudicis erigit ſi ſine pdicationis ſonitu incedit. apte ergo tintinabula veſtimētis illius deſcribuntur inſerta. p veſtimēta etenī ſacerdotis qd aliud qꝫ recta opera recipere debemus. Juxta illud pphete. Sacerdotes tui induātur iuſticiā. Veſtimētis itaqꝫ illius tintinabula inherent vt vite viā cū lingue ſonitu ipa quoqꝫ ſacerdotis opera clamēt. iterum tintinabulis malapunica coniūguntur. quid per malapunica niſi fidei vnitas deſignatur. nam ſicut in malopunico vno exterius cortice multa interius grana vniuntur: ſic īnumeros ſancte eccl'ie populos vnitas fidei contegit quos intꝰ diuerſitas meritorum tenet. Quinto induebat ephot. i. ſuperhumerale ſignificās qꝫ pōtifex dꝫ induere patiētiā vt in patiētia ſua poſſideat animā ſuam. humeris enī onera portamꝰ ſm illud. Suppoſuit humerū ſuū ad ſupportādū ⁊ factꝰ eſt tributis ſeruiens habebat aūt duas oras cōiūctas in vtroqꝫ latere ſummitatum ſignificās qꝫ pōtifex debet habere arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris vt non erigatur pſperis: nec deprimatur aduerſis. habebat ⁊ duos lapides onichinos inſertos humeris in quibus ſculpta erāt duodecim nomina filiorū iſrael: ſex in vno ⁊ ſex in alio. Per duos onichinos ſignificantur veritas ⁊ ſinceritas. ſinceritas p claritatē, vitas per ſoliditatem. per filios iſrael ſignificātur ſancta deſideria ⁊ iuſta opa ſm illud. Maledictus homo qui nō reliquerit ſemen in iſrael. p ſenariū ſignificatur pfectio eo qꝫ dñs ſexto die perfecit celū ⁊ terrā ⁊ omnē ornatū eoꝝ. qꝫ ergo ſex nomina filioꝝ iſrael ſculpta erant in vno lapide ⁊ ſex ī alio ſignificabat qꝫ deſideria ſacerdotis ⁊ opera cōfici debēt nō in fermēto malicie ⁊ nequitie: ſed in azimis ſinceritā. ⁊ veritā. vt ſinceritas informet intentionē ⁊ veritas finē. Gregoriꝰ ait in paſtorali. xiij. c. qꝫ ſuperhumerale ex auro hiacyncto purpura cocco bꝫ biſtincto ⁊ byſſo retorta fieri precipitur vt quāta ſacerdos clareſcere virtutū diuerſitate debeat demonſtretur: in ſacerdotis quippe habitu ante oīa aurum fulget vt in eo itellectus ſapiētie principaliter peniteat: cui hiacinctus aereo colore ſplendēs adiūgitur vt omne p qd intelligendo penetrat nō ad fauores infirmos: ſed ad amores celeſtium ſurgat. ne dū ſuis incautis laudibꝰ capitur ipſo etiā veritatis intellectu euacuetur. auro quoqꝫ ⁊ hiacyntho purpura pmiſcetur vt ſacerdotale cor cū ſſima que predicat ſperat in ſemetipſos ſuggeſtiōes vitioꝝ reprimet eiſqꝫ velut ex regia poteſtate cōtradicat. auro aūt biſtincto byſſo ac purpure hiacynctꝰ coccus adiūgitur vt ante iterni iudicis oculos omnium virtutum bona ex charitate decorentur ⁊ cūcta que corā hoībus rutilā: hec in conſpectu oculi iudicis flamma intimi amoris accēdat que ſcꝫ charitas q: deū ſimul ⁊ primū diligit quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit: ſed cum mēs ad charitatis precepta tēditur: reſtat vt p abſtinētiā caro maceretur. Unde ī biſtincto cocco torta byſſus adiungitur. de terra ex byſſus nitēti ſpecie oritur: ⁊ quid per byſſum niſi cādēs decore mūdicie corporalis caſtitas deſignatur: q̄ videlicet torta pulchritudini ſuphumeralis innectitur: quia tunc caſtimonia ad perfectum mūdicie cādorem ducitur cum per abſtinentiā caro fatigatur. cūqꝫ inter virtutes ceteras etiā affliete carnis meritū pficit quaſi in diuerſa ſuphumeralis ſpecie byſſus torta cādeſcit. Sexto īduebat lōgeon. i. rōnale ſignificās qꝫ pōtifex debet induere diſcretionē per quā diſcernat inter lucē ⁊ tenebras: inter dextram ⁊ ſiniſtrā: q: nō eſt cōuētio lucis ad tenebras. neqꝫ xpi ad belial. de pe. diſ. j. §. hoc idē. erat aūt rōnale quadrangulū ſignificans qd debet diſcernere inter quatuor: ſcꝫ inter verū ⁊ falſum: ne deuiet in credēdis. inter bonū ⁊ malū: ne deuiet in agēdis. Erat ⁊ duplex q: debet diſcernere p duobus. p ſe videlꝫ ⁊ p populo. ne ⁊ ſi cecus cecum duxerit ambo in foueā cadāt habebat ⁊ quattuor ordies lapidū ſignificās qꝫ pōtifex debꝫ habere quattuor virtutes principales. ſ. iuſticiā. fortitudinē. prudentiā ⁊ tēperantiam. In ſingulis aūt ordinibꝰ habebat tres lapides: ſignificans qꝫ pōtifex in primo debet habere fidem. ſpem ⁊ charitatē. in ſcdo modeſtiam: manſuetudinē: ⁊ benignitatem. in tertio pacem: ⁊ miſericordiā ⁊ largitatem. in quarto vigilātiam ſollicitudinē: ⁊ longanimitatem. Per lapides enī figurantur virtutes: ſm illud. Aliud edificat aurū ⁊ argentū ⁊ lapides pcioſos habebat ⁊ duas cathenulas auri puriſſimi ſibi inuicē coherētes: qui duobꝰ inſerebantur vncinis: ſignificās qꝫ pōtifex dꝫ hr̄e duos charitatis affectus ad deū ſcꝫ ⁊ ad primū. de quibꝰ pcipitur. diliges deū tuū ex toto corde tuo. ⁊ primū tuū ſicut teipm. Sicut enī aurū pheminet vniuerſis metallis: ita charitas precellit vniuerſas virtutes. de qua dicit apl's. Maior hoꝝ eſt charitas: duo vncini ſunt itētio ⁊ finis quibus cathenule inſeruntur vt tā deū qꝫ primū diligat ex corde puro ⁊ cōſcientia bona ⁊ fide nō ficta tam deū qꝫ primū diligat pp̄ter beatitudinē: deū pp̄ter ſemetipm diligat. ⁊ proximū pp̄ter deum. Portabat aūt aaron rōnale iudicij ī quo deſcripta erāt duodecim noīa pphetaꝝ put dictum eſt in prima pte ſub ti. de picturis: qd ſm Greg. in paſtorali lib. ij. c. xij. bene rationale iudicij vocatur: q: rector debet ſubtili ſemp examine bona malaqꝫ diſcernere: ⁊ q̄ vel quibus qñ ⁊ qualiter cōgruāt ſtudioſe cogitare: nihilqꝫ ppriū querere: ſed ſua cōmoda ppinquoꝝ bona deputare. vñ in Exo. ſcriptū eſt. Pones aūt in rationali iudicij doctrinā ⁊ veritatē que erūt in pectore aaron qñ īgredietur corā dño ⁊ geſtabit iudiciū filioꝝ iſrael in pectore ſuo in cōſpectu dñi ſemp. Sacerdotē quippe iudiciū filioꝝ iſrael in pectore ſuo corā cōſpectu dñi geſtare ē ſubiectoꝝ cauſas p ſola interni iudicis itētōe diſcutere. Quidā aūt dixerūt qꝫ rōnali nullū reſpondet hodie ornamentū: q: nō habemus copiam lapidum precioſorum: ſed ad inſtar illiꝰ defert pontifex in cōſecratione ſua textum euāgelij

ante pectus coram populo. ibi eñi ſcriptum erat do-
ctrina ⁊ veritas: ⁊ epiſcopus debet habere in corde
veritatem euangelij ⁊ in ore doctrinam q̄tū ad ma
nifeſtationem. ⁊ hec poteſt eſſe cauſa quare in q̄buſ
dam eccleſijs poſtes codicis euangelici ex auro ⁊ ar
gēto ⁊ lapidib⁹ p̄cioſis ornanť. Eſt etiam ⁊ alia rō
q: in illo rutilat aurū ſapīe: argentum eloquentie:
⁊ miraculorum lapides precioſi. xxxix. di. §. hinc ēt.
De ſunt ſponſe murenule auree argēto vermiculate
Septimum ⁊ ſupremum capitis ornamentum erat
thydaris vel tyara quam vltimo pontifex aſſume-
bat ſignificans humilitatē de qua dñs ait. Omnis
q̇ ſe exaltat humiliabiť. ⁊ qui ſe humiliat exaltabiť.
Hanc aūt geſtabat in capite ſignificans q̄ pontifex
dʒ gerere humilitatem in mente exemplo capitiſ no
ſtri dicentis. Diſcite a me quia mitis ſum et humi
lis corde. Per caput enim mens intelligiť ſm̄ illud
Unge caput tuū ⁊ faciem tuam laua. Rurſus thya
ra in minoribus ſacerdotib⁹ ſignificat continentiaʒ
q̄nqꝫ ſenſuum: in maioribus vero contemplationem
debent eñi eſſe contemplatiui. De thydari depēde
bat a fronte lamina aurea ſignificans ſapientiam
vel figurabat ſignum crucis qḋ fit in offō confirma
tōis in qua ſcriptum erat nomē dñi tetragrammatō
id ē quattuor litterarum q̄ ſunt he: ioth: eth. ⁊ vau:
id eſt p̄ncipium vite paſſionis iſte. prout dictum eſt
in p̄hemio ſcd̄e partis: ac ſi apertius diceť. Ille cuius
pontifex iſte gerit pſonā ſcʒ xp̄s eſt p̄ncipium: id eſt
autor vite paſſionis: id ē vite reſtaurate per paſſionē
q: mortē noſtram moriendo deſtruxit ⁊ vitaʒ nr̄aʒ re
ſurgendo reparauit. Erant autem hec indumenta p
maiori parte contexta opere polimito. id ē vario p
pter varietatem virtutis: de qua dicit pſalmigraph⁹
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato cir
cundata varietate. ⁊ ex quattuor precioſis coloribus
ſcʒ purpura cocco: byſſo: ⁊ iacyntho. Per purpuraꝫ
regie dignitatis ſignificať pontificalis poteſtas q̄
via regia dʒ incedere ne declinet ad dextram vel de
uiet ad ſiniſtraʒ: ne liget dignos aut ſoluat idignos
Per purpuram quoqꝫ aqua ſignificatur quia in cō
chis marinis habitant vermes q̇ eam egerūt. Per
coctum caloris ignei ſignificatur pontificalis do-
ctrina que ſicut ignis lucere debet ⁊ vrere. propter
quod ⁊ biſtinctus fuiſſe narratur lucere quidem dʒ
per promiſſionem: vt omnis qui reliquerit domum
patrem ⁊ matrem ⁊c̄. centuplum accipiet ⁊ vitā eter-
nam poſſidebit. vrere dʒ per comminationem vt om
nis arbor que non fecerit fructum bonum excideť ⁊
in ignem mittetur. Hinc eſt q̄ ſummus pontifex cap
pa rubea exterius ſemp apparet indutus cum inte-
rius ſit idut⁹ cādida veſte q: ēt interius cadere dʒ p
innocentiam ⁊ charitatem: ⁊ exterius rubere p com
paſſionē vt videlʒ oſtendat ſe ſemp paratum pone
re animam pro ouibus ſuis. q: perſonam gerit illius
q̇ pro ouibus vniuerſiſ rubrum fecit indumentū ſuū
Ex conceſſione vero Conſtātini imperatoris. xcvij
diſt. conſtantinus. ferre poteſt clamidem purpureā
atqꝫ tunicam coccineam ⁊ omnia imperialia idumē
ta. ſ. ſceptra ſigna ⁊ ornamēta. Crux quocūqꝫ ierit eū
precedit ad ſignificandū magis ei q̄ cuiq̄ alteri cō
uenire iuxta illud apoſtoli. Mihi autem abſit glo-
riari niſi in cruce dñi ⁊c̄. vt ſe crucifixū imitari debe
re cognoſcat. Rurſus coccus biſtinctus in veſte pō
tificali eſt charitas que quaſi bis tingitur dum dile
ctione dei ⁊ proximi colorať. Per byſſum vero can-
doris eximij ſignificať p̄claritas fame que dʒ eē re
torta vt pontifex bonum habeat teſtimoniū ſm̄ apo
ſtolum ⁊ ab his que ſunt intus ⁊ ab his q̄ ſunt foris
Per iacynthum q̇ eſt coloris aerei ſignificatur ſere
nitas conſcientie quam intra ſe pontifex debet ha-
bere ſm̄ q̄ dicit apoſtolus. Gloria noſtra hec eſt te
ſtimonium conſcientie noſtre.

Liber quartus de miſſa ⁊ ſingulis q̄ue in miſſa
aguntur. Rubrica.

Inter cuncta eccleſie ſacramenta il
lud conſtat eſſe precipuū qḋ in miſ-
ſe officio ſupra menſam ſacratiſſimi
celebratur altaris. illud eccleſie rep̄
ſentās conuiuiū in quo filio reuer-
tenti pater occidit vitulum ſagina-
tum panē vite ⁊ vinum quod miſcuit ſapia proponēs
Hoc autem offm̄ ipſe xp̄s inſtituit cum nouum cōdi
dit teſtamētum diſponens heredibus ſuis regnum
ſicut pater ſuus ſibi diſpoſuit vt per menſaꝫ ei⁹ edāt
⁊ bibant in regno quod eccleſia conſecrauit. Cenā
tibus eñi illis accepit ieſus panem ⁊ gratias agēs
bñdixit ac fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Ac-
cipite ⁊ comedite: hoc eſt corpus meum quod p vo
bis tradeť. hoc facite in meam commemorationem
Hac igitur inſtitutōe formati ceperunt apoſtoli ſa-
croſctm̄ frequētare myſteriū propter cām quā chri-
ſtus expreſſerat ⁊ formā ſeruantes in verbis ⁊ ma-
teriā tenētes in reb⁹. ſicut aplūs corinthijs p̄teſtatur
dicēs. Ego accepi a dño qḋ ⁊ tradidi vobis. qm̄ dñs
ieſus in qua nocte tradebať accepit panē ⁊c̄. Quia
igiť miſſe offm̄ ceteris diuinis officijs dignius ⁊ ſo-
lēnius eſt: ideo de illo p̄ns q̄ de alijs officijs eſt in
hac quarta parte dicendum in qua aliquibus addi
tis ⁊ detractis ſpeculum innocentij pape tertij pro-
ſequamur. Sane vt premiſſum eſt miſſam inſtituit
dominus ieſus ſacerdos ſm̄ ordinem melchiſedech
quando panem ⁊ vinum in corpus ⁊ ſanguinem ſuū
tranſmutauit dicens. Hoc eſt corpus meū: hic ē ſan
guis meus ⁊ ſubiungens. hoc facite in meam cōme
morationem. Apoſtoli aūt hanc miſſam adauxerūt
dicentes in miſſa non ſolum verba premiſſa: verum-
etiam dominicam orationeꝫ ſuperaddentes. Unde
beatus petrus ſic miſſam p̄mus dr̄ celebraſſe i par
tibus orientalibus vbi poſt domini paſſionem quat
tuor annis cathedram tenuit ſacerdotalem. Deide
vero accepit cathedram antiochie vbi tres orōnes
ad miſſam adiecit. In p̄mordio ergo naſcentis ec-
cleſie miſſa aliter diceba ť q̄ modo ſicut in ſexta pte
ſub titulo de paraſceue dicetur. ſequenti vero tēpo
re epiſtola tm̄ ⁊ euāgelio recitatiſ miſſa celebrabať.
ſubſequēter celeſtin⁹ pa. iſtituit itroitū ad miſſam
cantari p ut ſub itroitu diceť. Cetera diuerſis tpib⁹

ab alijs papis ⁊ a Gelaſio celeſtino et Gregorio. et alijs diuerſis temporibꝰ leguntur adiecta prout xp̄iane religionis cultu creſcente viſa ſunt decentiꝰ conuenire. de hoc dicitur in prohemio ſexte partis in canone de cōſe. diſt. j. iacobus. legitur ꝙ iacobꝰ frater domini ep̄s hieroſolymitanꝰ ⁊ baſiliꝰ ep̄s ceſarieñ. addiderūt nobis i ſcripturis ordinē celebrādi miſſaꝝ. Itē iſte iacobus alphei dicitur primus miſſam inter apoſtolos celebraſſe. nā ꝓpter excellentiaꝝ ſanctitatis eius apoſtoli hūc ſibi fecerūt honorē: vt poſt domini aſcenſionem primꝰ inter eos miſſam hieroſolymis celebraret etiam priuſꝙ eſſet in ep̄m ordinatus vel forte ideo dicitur primus celebraſſe: q: primꝰ in pōtificalibꝰ eam dixiſſe perhibetur: ⁊ ſic petrus poſtmodum primus miſſam in antiochia celebrauit: ⁊ marchus in alexandria. Quidam autem perfidei heretici reꝑhendūt nos: q: euāgelia per ꝑticulas lacerata in miſſa legimus ⁊ q: primitiue miſſe videlꝫ vltra dn̄icam orationem aliqd ſuꝑaddimus. ſcriptū enim eſt. Si q̇s appoſuerit ad hoc apponet ſuper illū deꝰ plagas ſcriptas in libro iſto: ⁊ q: ſuꝑ nouū teſtm̄ ⁊ p̄cepta apoſtoloꝝ alias inſtitutiōes ⁊ nouā doctrinā doctoꝝ inſtituimꝰ ⁊ ſeruamꝰ cōtra illud qđ xp̄s ait. bene irritum feciſtis mādatū dei vt veſtrā traditionem ſeruetis. ⁊ alibi. Omnis plātatio quā non plantauit pater meꝰ celeſtis eradicabitur: ⁊ apl̄us. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. ⁊. xij. di. đ his Itē fundamentū aliud nemo poteſt ponere p̄ter id qđ poſitū eſt qđ eſt chriſtꝰ. Dicūt etiā ꝙ eccleſia xp̄i nec miſſam nec matutinas cātauit: nec xp̄s nec apl̄i eā inſtituerūt: nec in tp̄e apoſtoloꝝ cantata fuit. nec nomen miſſe tūc in mūdo audiebatur: ſꝫ id quod miſſa repreſentat ab euangeliſtis cena vocatur: nec eccl̄ia in principio: nec apoſtolicū muſicali organo nec alta nec dulci voce eam cantabāt reprehendētes nos q: hec agimꝰ: ⁊ ꝙ nocturnos ⁊ alias canonicas horas dicimꝰ falſo contra nos inducentes illud Amos prophete. Conuertam feſtiuitates veſtras in luctū: ⁊ oīa cātica veſtra in planctū. ⁊ illud ꝓpheticū audiunt ſermones tuos ⁊ nō faciūt eos: q: in cāticū oris ſui vertūt eos. ⁊ auariciā ſequitur cor eoꝝ. ⁊ ē illis q̄ſi carmē muſicū cū ſuaui dulciꝙ ſono ꝯ canitur. Illoꝝ tn̄ error apertiſſime confutatur ex his q̄ in ꝓhemio q̇nte ꝑtis dicentur. Rurſus in primitiua eccleſia diuina myſteria hebraice celebrabantur: ſed tēpore Adriani primi impatoris grecie in orientali eccl̄ia chriſtianorū primo celebrari ceperūt porro miſſe officium tā prouida reperitur ordinatione diſpoſitū vt que per chriſtū. ⁊ in chriſtū ex quo de celo deſcendit vſꝙ dum in celū aſcendit geſta ſunt: magna ex parte contineat ⁊ ea tā verbis ꝙ ſignis admirabili quadā ſpecie reꝑſentat. ip̄m aūt officiū in quattuor conſiſtit. videlicꝫ in perſonis: in operibus: in verbis: ⁊ in rebꝰ. Perſonaꝝ tres ſunt ordines: ſcilꝫ celebrātes: miniſtrantes: ⁊ circūſtātes. Operum quoꝙ tres ſunt ſpecies vꝫ geſtus: actus: ⁊ motus. Verboꝝ ēt tres ſūt diuerſitates: ſcilicet orationes modulationes: ⁊ lectiōes. Rerū ſimilr̄ tres ſunt maneries. ſ. ornamēta: inſtrumēta: ⁊ elemēta. ſiquidem hec oīa plena diuinis myſterijs ſicut in prohemio libri dictū fuit. Sane olim tēplū erat in duas ꝑtes interpoſito velo diuiſum pars prior vocabatur ſctā: interior vero ſancta ſanctoꝝ. quicquid ergo in officio miſſe ante ſecreta agitur q̄ſi i ede priori eſt. qđ aūt in ſecreta agitur intra ſctā ſanctorum eſt. Erūt igitur intra ſctā ſanctorū ara incenſi: archa teſtamēti: tabula ſuper archā ꝓut in prima ꝑte ſub ti. đ eccleſia ⁊ de altari dictū eſt. ⁊ in Exo. habetur Et ſupra tabulā duo cherubin glorie mutuo vultu ſe ſe reſpiciētia. Huc intrabat ſolus pontifex ſemel in anno habēs noīa patrū in rōnali ⁊ ſuꝑhumerali ſcripta ferens ſanguinē ⁊ carbones quos vēs cū timiamate in thuribulo orās ponebat donec fumꝰ eū obūbraret. deide tabulā ⁊ arā ſanguie aſpergebat: poſt exibat ad pplm̄: ⁊ veſtes lauabat. non em̄ indicabatur mūdus ante veſperā poſt imolationē vituli ruffi. hec olī ſigna fuerūt: ſꝫ receſſerūt poſtꝙ ſignificata venerūt. Siq̇dē prior edes ſignificat p̄ntē eccl̄iaꝫ ſctā ſanctoꝝ celū: pontifex xp̄m: ſanguis paſſionem carbones charitatem chriſti: thuribulū carnē ipſius thus cremētū p̄ces odoriferas: ara cohortes celi: archa xp̄m ſꝫ hūanitatē: tabula deū patrē: duo cherubin duo teſtamenta: que ſeſe ad inuiceꝫ reſpiciūt: q: cōcordāt: veſtis que lauatur hominem: veſpera hominis veſteꝫ ſignificat. conferas ergo que olim fiebāt ⁊ que xp̄s egit: ⁊ reſpice quomodo miniſter eccleſie illa in officio miſſe reꝑſentat ⁊ agit quid ēt hec ſignificent ſub canone miſſe: in p̄ncipio cuiuſlibꝫ ꝑticule illius tangetur. per archā quoꝙ xp̄i humilitas intelligitur: a qua nobis per ip̄ius miſericordiā omne bonū aduenit. Et nota ꝙ ſicut i Exo. xxv. c. ⁊. xxxvij. legitur. Factū eſt ſuꝑ archaꝫ propiciatoriū aureū id eſt tabula aurea eiuſdem lōgitudinis ⁊ latitudinis cuius ⁊ archa vt eaꝫ tegere ſufficeret. Et hoc dicebatur oraculū: q: dominꝰ de loco illo reſponſa dabat orantibus. Dicebatur etiā propiciatorium: q: exinde loquens dn̄s ꝓpiciabatur pp̄lo: vel q: hic ꝓpiciationis videbāt gloriā dn̄i ſemꝑ ibi deſcēdere. ⁊ inde tabernaculū ſiue locus ſuper poſteriori ꝑte altaris collocatus in quo chriſtꝰ ꝓpiciatio noſtra id eſt hoſtia cōſecrata ſeruatur hodie propiciatoriū nuncupatur ⁊c. Ex vtraꝙ vero parte oraculi: ſcilicet in duobus angulis anterioribus poſiti ſunt duo cherubin: q̇ ſunt ſm̄ Ioſephum duo animalia volatilia habētia figuram que a nullo hominū eſt inſpecta. Hec dicit moyſes ſe in dei ſede conſpexiſſe figurata. Unus cherub alterum inſpiciebat. verſis tamen vultibus in propiciatorium duabuſꝙ alis ex oppoſito expanſis ⁊ mutuo ſe tāgentibus velabāt oraculum ſiue tegebant propiciatorium. Siquidem per propiciatorium incarnatus dominus figuratur. De quo Iohannes. Ipſe eſt propiciatio ꝓ peccatis noſtris. Duo cherubin duo ſunt teſtamēta: ſcilicet nouum ⁊ vetus. q̄ ergo illa nō diſcrepant: ſed myſteriū incarnationis chriſti concorditer narrant illud prophetando: iſtud aſſeuerando: in propiciatoriū vultum ſue intentionis dirigunt ⁊ ſe mutuo reſpiciunt. ¶ Rurſus tria ſunt eccleſie ſacrificia que in veteri teſtamento per propiciatoriū thuribulum ⁊ altare ſignificata ſunt

videlicet ſacrificiuꝫ penitẽtie: iuſticie ⁊ eucbariſtie
de primo. Sacrificiuꝫ deo ſpiritus contribulat⁹ ⁊c̃.
De ſecũdo. Tunc acceptabis ſacrificiuꝫ iuſticie. De
tertio tibi ſacrificabo boſtiaꝫ laudis. Super altare
ſcilicet corporis caro mactatur per contritioneꝫ. In
ter thuribulum: ſcili cet cordis thus adoletur per de
uotionem ad propiciatorium: ſcilicet dei patris ſan
guini infertur pro redemptione. Hec quidem tria ſa
crificia ſacerdos offert in miſſa. Primum in confeſ
ſione. Secundum in p̃fatione. Tertium in actiõe
Nã hec tria ſunt que ſcꝫm prophetam deus reſpicit
in homine: ⁊ requirit ab homine diligere miſericor
diam: facere iudicium: ⁊ ſollicite ambulare cuꝫ deo
Diligat ergo miſericordiam qui vult offerre ſacrifi
cium penitẽtie: faciat iudiciũ q̇ vult offerre ſacrifi-
ciũ iuſticie: cum deo ſollicitus ambulet q̇ vult offer-
re ſacrificium eucbariſtie. Hinc eſt quod ait beatus
bernardus. Fratres mei immolantes boſtiam lau-
dis iungamus verbum verbis. ſenſum ſenſui: affe-
ctũ affectui: exaltatõeꝫ exaltatõi: maturitatẽ matu
ritati: humilitatẽ humilitati. libertatẽ libertati. Ce-
lebraturus ergo miſſam offerat altiſſimo ſacrificiũ
illud. de quo pſal. ait. Sacrificium deo ſpiritus con
tribulatus ⁊ alibi. Immola deo ſacrificium laudis
⁊ apoſtolus. Exhibete mihi corpora veſtra boſtiam
viuentem ſanctam deo placẽtem: vt ſit rationabile
obſeq̇um veſtrũ mortificãtes in altare cordis mem
bra veſtra q̇ ſunt ſup terram: videlicet immũdiciam:
libidinem: concupiſcẽtiam malam. ⁊ auariciam qua
tenus mũdo corde ⁊ caſto corpore ſacrificetis deo
voſmetipſos. ¶ In ſacramẽto aũt corporis chriſti
ſcꝫm Auguſt. de conſecra. diſtinc. ij. vtrum nil a bono
magis nil a malo minus perficitur ſacerdote: dũmo
do ille cum ceteris in archa. conſiſtit ⁊ formam ob-
ſeruet traditam a colũba q: non in merito ſacerdo-
tis ſed in verbo conficitur creatoris. Aurum enim
eque verum eſt in archa furis ſicut in theſauro re-
gis. j. q. j. §. ex his. Unde ⁊ caypbas pontifex perſe
cutor vnius ⁊ veriſſimi ſacerdotis q̃uis ipſe verax
nõ eẽt: qd̃ dedit tñ verũ fuit ſi nõ ſuũ dedit ſꝫ dei. i.
in forma eccleſie. j. q. i. dominus. ⁊. c. dictum. nõ er-
go ſacerdotꝭ iniq̇tas ipedit effectum ſacr̃i: ſicut nec
medici infirmitas virtutẽ impedit medicine: q̃uis
igitur opus operans aliquando ſit immũduꝫ opus ta
mẽ operatũ ſemp eſt mũdum: ⁊ ſicut omnia ſunt mun
da mũdis ſic omnia ſunt imũda immũdis. j. q. j. om
nia. ⁊. c. multi. malus ergo cũ vitam accepit mortem
incurrit ſic econtra. bonus cum mortem ſuſtinet vi-
tam acq̇rit. Nam q̇ manducat indigne iudiciũ ſibi
manducat quod vero de talibus propheta ait. Ma
ledicam benedictionibus veſtris. ⁊ Grego. Bñdi
ctio eorum vertitur in maledictionem. ⁊ oratio i pec
catum de p̃ciſis ab eccleſia nõ toleratis ſeu noto-
rijs intelligit̃: quorꝫ bñdictio dꝫ q̃tum ad ipſos ma
ledictio reputari: q̃m ſcꝫm Auguſti. j. q. j. q̇ q̇dem ma
li inq̃tum in eis eſt dicũtur ſacr̃a polluere cũ tamẽ
illa p̃maneãt ipolluta: ſunt ei bonis ad p̃miũ repro
bis ad iudicium. Unde Aug. j. q. j. Si fuerit ſpũa-
lis virtus ſacr̃i vt lux puta ab illuminandis excipi-
tur ad ſalutẽ. ſed p immũdos miniſtros quaſi p cana-
le tranſiẽs non coinq̇nat̃ Arnaldiſte tamen perfidi
heretici dicũt nuſq̃ legi q immundis ⁊ luxurioſis
miniſtris xp̃s ſponſam ſuam eccleſiam traderet cu
ſtodiẽdam vel p̃tãtem ſacrorꝫ miſteriorꝫ peragere vl̃
claues regni vel poteſtatẽ ligandi vel ſoluendi q̇a
illi ſoli vt ait Grego. ⁊ iuſti in hac carne poſiti pote
ſtatem habẽt ligandi atq̄ ſoluendi: ſicut apoſtoli q̇
vitam vel fidem illorꝫ cũ eorꝫ doctrina tenẽt. vnde vt
dicunt a talibus ſacramenta p̃ſtita: nec valẽt nec
proficiũt ad ſalutẽ. Legit̃ eñi in libro Nũe. Quicq̇d
tetigerit immundus immũdum faciet ⁊ xp̃s. Non
poteſt arbor mala fructus bonos facere. Et dauid
Peccatori aũt dixit de⁹ quare tu enarras iu. m. ⁊ tu.
a. t. m. per os tuũ. Et apoſtolus. Omnia mũda mũ-
dis coinq̇natis aũt ⁊ infidelibus nihil eſt mũdũ. et
Grego. in paſtorali. li. j. c. x. ⁊. xcix. diſtin. §. ij. Dum
is q̇ diſplicet ad intercedẽdũ mittit̃ irati anim⁹ ad
deteriora prouocat̃. Item ibidẽ li. tertio. c. xij. Ne-
ceſſe eſt vt mũda debeat eſſe man⁹ q̃ diluere ſordes
curat ne tacta queq̄ ipa ſordida deterſ⁹ iq̇net. ¶ Ce
lebratur autẽ miſſa hora tertia ſexta ⁊ nona. In ter
tia. q: ſcꝫm Marcum hora illa xp̃s crucem aſcendit ⁊
linguis iudeorum crucifixus eſt clamantium. Cru-
cifige. Et q: illa hora ſpũſſanctus ſuper apoſtolos
in liguis igneis deſcẽdit. de conſe. diſt. j. nocte. In
ſexta. quia illa hora ſcꝫm Mattheum vere crucifixus
⁊ immolatus eſt. Et in nona: quia illa hora in cruce
pendẽs emiſit ſpiritum. Theleſphorus pap. de ꝯſe.
diſtin. j. nocte ſtatuit vt miſſa ante horã tertiam nõ
dicatur quod de publicis ⁊ popularibus miſſis in-
telligendum eſt. quia ſicut ait Aug. de conſe. diſt. j.
⁊ hec non deberẽt in publico fieri ne populus a pu
blicis que hora tertia dicunt̃ retrahat̃. Cantat̃ aũt
diebus officis ⁊ feſtiuis hora tertia: in p̃feſtis hora
ſexta in quadrageſima hora nona. de cõſe. diſtin. j.
ſolẽt. ⁊. §. in ieiunijs. ⁊ ẽt ex inſtitutiõe Pelagij pa
pe ⁊ aliorꝫ in diebus ieiuniorꝫ: nõ tñ omniũ. In ſab
batis vero ieiuniorum quattuor temporum ſero põt
celebrari p̃pter ordines ſacros qui ad dñicam ſeq̄n
tem p̃tinere noſcunt̃. Sed q̇a miſſa in ieiunio dici
debet. ideo ne minus ieiunẽt poſt veſperas inchoat̃
⁊ ſic vſq̄ ad noctẽ ieiuniũ protelatur. lxxv. di. quod a
patrib⁹. lxvi. diſt. dilectõis. de quo i ſexta parte ſub
ſabbato paſchali dicet̃ qd̃ vo miſſa quãdoq̄ ſummo
mane cantat̃ ex conſuetudine non ex ordine ẽ. Leo
tamen papa. de conſe. diſt. i. neceſſe. diluculo ſiue p̓-
ma dici p̃te ad miſſaꝫ intrabat neſcio an neceſſitate
an rõne an ſola vſus apoſtolica poteſtate vel de pe-
culiari miſſa itelligẽdũ ẽ. q̇ aũt neceſſitate p̃ueniũt
tertiã aut offerunt poſt ſextam aut nonam amox di
uino ne videlꝫ eis dies abſq̄ ſacrificio preterea ex
cuſari poſſunt cum diſcipulis q̇ euellebant ſpicas i
ſabbato. de conſe. di. v. diſcipulos. ⁊ cũ dauid q̇ co-
medebat panes p̄poſitõis. de ꝯſe. d. ij. trib⁹. vel q̇a
in miſſa ſit memoria paſſionis. mortꝭ ſepulture reſur
rectõis ⁊ aſcẽſiõis: iõ cãtat̃ tot varijs horis. In ter
tia in memoriam paſſiõis ⁊ aſcẽſionis. poſt ſextam
in memoriã mortis. poſt nonã in memoriã ſepulture.

in mane in memoꝛiam foꝛte reſurrectõis. Aſſerunt
em̃ q̇dam dominã ĩ meditullio hoꝛe crucifixũ: ⁊ iõ
nũc hãc nũc illã hoꝛã poſitã vñ eccl'ia īter vnã hoꝛã
⁊ alterã celebꝛat miſſam in die aũt natalis dñi pꝛia
miſſa de nocte cãtatur pꝛout ſub ip̃o feſto dicet. Ce
terum ſi in q̃dragesima occurrũt duo officia q̃s dies
duplices vocamus miſſa de feſto dr̃ ĩ tertia ⁊ abſq̃
genuflectione. officiũ vo de ieiunio dr̃ in nona ⁊ cũ
genuflectõe. tẽpoꝛe ẽt aduentus debet miſſa in ſan
ctoꝛum feſtiuitatibus hoꝛa tertia celebꝛari. verum nul
lus debet eadem die plures miſſas regulariter cele
lebꝛare. de conſe. diſt. j. ſufficit. extra de cele. miſ. te
nenertente. q: xp̃s ſolus paſſus fuit: ⁊ valde felix eſt
q̇ ẽt vnã digne poteſt celebꝛare nec poteſt q̇s duas
miſſas cũ vno vel vnã cũ duobus ſacrificijs celebꝛa
re. c. di. trib' ſub vno tamẽ canone poſſunt plures ho
ſtie confici. nam ⁊ pꝛeſbyter debet ſemꝑ hoſtiã ꝑ in
firmis habere paratã. ca. di. p̃ſbyter. poteſt quoq̃
ſacerdos vnã miſſam cum ſacrificio ⁊ aliã ſiccam ce
lebꝛare miſſa ſicca dicitur qñ ſi ſacerdos nõ poteſt
conficere quia foꝛte iam celebꝛauit vel ob aliã cau-
ſam. poteſt accepta ſtola epiſtolam ⁊ euangelium le
gere ⁊ dicere orationem dñicam ⁊ dare benedictio-
nem. quinimo ſi ex deuotione non ex ſupſtitõe velit
totum officium miſſe ſine ſacrificio dicere: accipiat
omnes veſtes ſacerdotales ⁊ miſſam ſuo oꝛdine ce-
lebꝛet vſq̃ ad finẽ offerẽde: dimittẽs ſecreta q̇ ad ſa
crificium pertinet. pꝛefationem vero dicere poteſt
licet in eadẽ videantur angeli inuocari ad conſecra-
tion m coꝛpoꝛis ⁊ ſanguis xp̃i. De canone vero ni-
hil dicat. ſed oꝛatõem dñicam non pꝛetermittat et
que ibi ſequuntur ſub ſil ntio dicenda non dicat: ca
licem vel hoſtiam non habeat nec de his que ſuper
calicem ſeu euchariſtiam dicuntur vel fiunt aliquid
dicat vel faciat. poteſt ẽt dicere: Pax dñi ſit ſemper
vobiſcum. Et exinde miſſe offm̃ ſuo oꝛdĩe peragat.
melius eſt tamen alia omittere. Uerum q̇dam ĩcipi-
unt miſſam de die celebꝛantes illam ſuo oꝛdĩe vſq̃
ad offerendam poſtea incipiunt aliam miſſam ⁊ eã
cantant vſq̃ ad eundem locum ⁊ idem faciunt plu-
ries ſi volunt ⁊ ĩcepta miſſa viuoꝛum ĩcipiunt quan
doq̃ miſſam moꝛtuoꝛum eam pꝛoſequentes vſq̃ ad
eundem locum ⁊ exĩde pꝛocedentes dicunt tot ſecre
tales quot miſſas ĩceperunt ſemel tañ canon dicẽ-
tes ⁊ ꝯſecrãtes. ⁊ in fine tot oꝛationes dicunt quot
officia miſſe inceperũt. ſed hoc tãq̃ deteſtabile re-
pꝛobamus. poteſt tamen ſacerdos quãdoq̃ plures
miſſas vna die celebꝛare. extra de celebꝛatõe miſſa.
c. iij. Pꝛio in feſto natalis dñi: ſicut in ſeptima par-
te ſub illo feſto dicetur. Secũdo vbi neceſſitas exi
git. puta ſi q̇s moꝛiat̃ vt ibi: ⁊ de conſe. diſt. j. ſufficit
Concilium tñ carthaginenſe ca. diſt. ſacramẽta. di
it ꝙ ſi epiſcopus vel alius poſt tertiam obierit. com
memoꝛatio ſolis oꝛonibus facienda eſt ſine miſſa.
Tertio cauſa honeſtatis vt ſi aliqua magna pſona
ſupueniens velit miſſam audire. extra eo. ca. i. ⁊ ij.
Quarto ſm quoſdam cauſa vtilitatis puta pꝛopter
peregrinos: ꝑpter hoſpites pꝛopter commeantes ꝑ
pter infirmos: ꝑpter ſponſos: ⁊ pꝛopter raritatẽ cle
ricoꝝ: ⁊ ꝑpter paupertatem eccleſiarum ſacerdotes
ꝑpꝛios nõ habẽtium. ¶ Quinto vt dicit Richard'
ep̃s crem̃. in mitrali cum due feſtiuitates occurrũt
poſſunt ẽt tres celebꝛari. tum q: hoc fit licite in ma-
teriali. tũ q: xp̃i paſſio tripartita eſt paſſus eſt eni;
linguis inſultantium: manibus verberantium ⁊ cla
uis crucifigentiũ. Ipſe eſt ẽt a patriarchis geſtib'
immolatus a pꝛophetis verbis ſacrificatus a patre
⁊ a ſeipſo realiter oblatus. Sexto pari rõne ſi in die
ieiunij occurrit aliquod ſolenne feſtum poteſt vnam
de feſto ⁊ aliam de ieiunio celebꝛare ſi alius pꝛeſby
ter nõ aſſit. Legit̃ ẽt ꝙ Leo papa ſepe ſepties ⁊ ali-
quando nonies in eadẽ die miſſam celebꝛauit. Sa-
cerdos tamen aliam miſſam in eadem die celebꝛatu
rus in vltima tantum perfuſionem ſumat. quoniam
ſi in p̄ma ſumeret ieiunus nõ eſſet: ⁊ ſic alia miſſa im
pediretur co. ti. ex pte alia aũt quotiẽs celebꝛat to
tiens coꝛpus xp̃i ⁊ ẽt perfuſionem ſumat. de cõſec.
di. ij. comperim'. ⁊ c. tribus. Sed nunq̇d pꝛãſus cõ
ficit. Reſpondeo ſic: licet hoc facere nõ debeat. nõ
em̃ ieiuniũ eſt de ſubſtantia: pꝛout in canone ĩnuit.
Aug. in. dicto. c. liquido. al's domin' non confeciſſ;
magiſter tamen Hug. dicit contra. Sane priſcis tẽ
poꝛibus hereſibus pullulantibus ⁊ trinitatem ĩpu-
gnantibus ex inſtitutione. Alcuini magiſtri karo
li rogatu Bonifacij archiepiſcopi maguntini ſtatu
entis p̄ma feria miſſa de trinitate dicebatur. ſecun
da feria de ſapientia. tertia feria de ſpiritu ſancto q̃r
ta de charitate. quinta feria de angelis. ſexta d̄ cru
ce. ſeptima de beata virgine. cã vero illa ceſſante illõ
ceſſauit ⁊ dñicali officio oꝛdinato ſtatutũ fuit ꝙ pꝛi
ma feria ſuũ haberet offm̃. ſ. de trinitate. ſecunda de
angelis: q: tunc pꝛimo creati ſunt in bonis gratuitꝭ
tunc enim lux diuiſa fuit a tenebꝛis. i. boni angeli a
malis q: tunc ceciderũt mali: boni vo ꝯfirmati ſunt
In p̄ma vo feria creati fuerunt ãgeli in bonis natu
ralibus. Cãtatur ẽt in ſcd̄a feria pꝛo defunctis vt ill'
adhibeamus ſuffragia angeloꝝ ⁊ q: vt dicunt q̇da;
in pꝛima feria refrigeriũ habent illi q̇ ſunt in purga
toꝛio. ⁊ ſtatim in ſecunda feria redeunt ad penas ⁊
laboꝛem: ideo vt eoꝝ ſubueniatur. laboꝛib' miſſa ꝑ
illis in ſcd̄a feria celebꝛatur. in tertia feria ꝑ pctis ĩ
q̃rta ꝑ pace. in quinta pꝛo tribulatõe vel in tertia fe
ria debet repeti introitus miſſe de dñica. Inſtitutũ
etiam fuit vt in quarta feria ieiunaret̃: ⁊ illa ſilr̃ die
de; miſſa d̄ dñica dici niſi feſtiuitas ĩpediat. In q̇n
ta feria de; ſimpl'r repeti offm̃ dñice ĩtroit' epiſtola
⁊ euãgeliũ: q: dies iouis dr̃ cognata dñice dici ꝑut
dicet̃ ſub ti. de acceſſu pon. ad alta. In ſexta feria d̄
cruce illa em̃ dies appꝛopꝛiat̃ xp̄o ⁊ cruci. q: ih̃e in
ea moꝛi ⁊ crucifigi voluit ꝑ ſalute gñis humani. In
ſeptima feria de btã v̇gine quod initiũ habuit. qm̃
olim in q̃dã eccl'ia ciuitat' ꝯſtantinopolis erat ima
go marie v̇gis coꝛam qua depẽdebat velũ quod to-
tã velabat imaginẽ. ſed hoc velum in ſexta feria poſt
veſpas recedebat ab imagine nullo mouẽte ſolo dei
miraculo quaſi differret̃ in celum vt ad plenũ poſſ;
imago a populo pꝛoſpici. Celebꝛatis vero veſpis in
ſabbato deſcẽdebat ipſum velũ ante eandẽ yconaz

ſiue imaginem ⁊ ibi manebat vſq₃ ad ſextam feriaꝫ.
Hoc viſo miraculo ſancitū eſt vt ſemꝑ illa feria de
btā virgine cātaretur. Alia etiā ratio eſt: q₂ dño cru
cifixo ⁊ mortuo ⁊ diſcipulis fugientib⁹ ⁊ de reſurre-
ctione deſperantib⁹ in ea ſola tota fides in ſabbato
illo remāſit. de cōſe. di. iij. ſabbato. Sciebat eñi quō
portauerat eū ſine labore ⁊ pepererat ſine dolore: ⁊
iō certa erat ꝙ filius dei eſſet ⁊ a mortuis tertia die
reſurgere debebat ⁊ hec eſt rō q̄re dies ſabbati ma
gis ꝙ̄ alia dies btē Marie appropriaṫ. Tertia rō ē
q₂ dies ſabbati eſt ianua ⁊ introit⁹ ad dñicā dieꝫ. vñ
cū ſum⁹ in ſabbato ſumus iuxta dñicaꝫ. dies aūt do
minica ē dies requiei: ⁊ ſignificat vitā eternā. vñ cū
ſumus in grā dñi nři ſum⁹ quaſi in ianua paradiſi. ⁊
q₂ igiṫ ipā eſt nobis porta ad regnū celoꝝ qḋ ꝑ diē
dñicā figuraṫ: iō de illa ſolēnizamus in ſeptia feria
que diē dñicā precedit. Quarto vt ſolēnitas matris
ſolēnitati filij cōtinueṫ. Quinto vt feſtiuitas agaṫ
in die ĩ qua deus ab oī opere requieuit. ¶ Notādū
eſt etiā ꝙ in miſſe officio vbi xp̄i paſſio repreſentaṫ
trib⁹ linguaꝝ generib⁹ vtimur. ſcꝫ greca. hebrea. ⁊ la
tina. ad ſignificādū ꝙ his trib⁹ linguis ſcriptus eſt
titulus crucis xp̄i. Jo. xix. Et ad deſignādū ꝙ oīs
lingua que per hanc triplicē intelligitur deū lauda-
re ⁊ cōfiteri dꝫ: q₂ dñs noſter ieſus xp̄s in gloria eſt
dei patris. Licet eñi ſint multa genera linguaꝝ: iſte
tñ ꝑncipales ſunt hebrea ꝓpter legē. ⁊ q₂ eſt aliarū
mater: greca ꝓpter ſapiētiā: latina ꝓpter nobilitatē
⁊ dñiuꝫ romani imperij. Uerba latina ſunt epiſtole:
euāgelia orationes ⁊ cātus. Greca ſunt Kyrieleiſon
xp̄eleyſon ⁊ ymnas. Hebraica ſunt alleluya amen ſa-
baoth ⁊ oſanna. vnde ⁊ in miſſa romani pōtificis ĩ
ꝑcipuis ſolēnitatibus legiṫ euāgeliū ⁊ epiſtola non
ſolū in latino. verūetiā in greco ad deſignandū con
iunctionē vtriuſq₃ populi ſub vna fide: deſignās ꝙ
eccľia cōſtat nō ſolū ex latinis: verūetiā ex grecis. ⁊
vide in ſexta parte ſub titulo de paraſceue. ¶ Sꝫ q̄
riṫ vtꝝ ſacerdos minus ꝙ̄ duob⁹ p̄ſentib⁹ dꝫ celebra
re miſſam. Et videṫ ꝙ nō. Statuit nāq₃ Sother pa
pa de conſe. di. i. quoq₃. vt nullus miſſaꝝ ſolēnia ce-
lebrare ꝓſumat niſi duob⁹ preſentib⁹ ſibiq₃ reſpōden
tibus ipſe terti⁹ habeaṫ. cū eñi preſbyter dicat: dñs
vobiſcū. ⁊ in ſecreta dicit: orate ꝓ me ꝯuenit vt ipi⁹
ſalutationi a pluribus reſpōdeaṫ. Uerū alius eſt ne
ceſſitatis articulus in quo pōt vno ſolo pñte celebra
re. ⁊ aliud religionis cōtemptus. Hic quoq₃ creden
dū eſt ⁊ ſacris autoritatib⁹ cōprobaṫ ꝙ angeli dei co
mites aſſiſtunt orantib⁹. Juxta illud ꝓpheticū. In
conſpectu angeloruꝫ pſallā tibi. Et angelus ad tho
biam. Quādo orabas cū lachrymis ego obtuli ora-
tionem tuā domino: ſed ⁊ in canone miſſe ꝯtinetur.
Supplices te rogam⁹ omnipotēs deus. iube hec ꝑ-
ferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare
tuū. Preterea quilibet homo habet ſuū ꝓprium an-
gelum ad cuſtodiā. Unde dñs in euāgelio loquēs d̄
paruulis ait. Angeli coruꝫ ſemper vident faciem pa
tris. Jlos igitur habemus in oratione participes:
quos habebim⁹ in glorificatione ꝯſortes. Solus tñ
preſbyter non pōt diuinū officiū abſq₃ miniſtri ſuf-

fragio celebrare: put in conſtitutione alexandri ca-
uetur: extra de fi. preſby. ꝓpoſuit. Canō quoq₃ tho-
letañ. concilij. xij. q. j. illud. ſtatuit vt vbi tēporis vľ
loci ſiue cleri copia ſuffragaṫ. habeat quiſq₃ deo ſa-
crificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorē: vt ſi aliq̄
caſu ille qui ad officia impleturus accedit turbatus
vel ad terrā eliſus fuerit a tergo ſemꝑ habeat q̄ ei⁹
vicem intrepide aſſequatur. Siquidē copia tēporis
ſuffragatur: ſi nō ſit guerra loci. ſi eccleſia ſit diues
cleri. ſi ſit ſibi copia clericoꝝ. Generaliter autē dicē
dum eſt ꝙ illa eſt legitima miſſa in qua ſunt ſacerdo
tes: reſpondens: offerēs: atq₃ cōicans. ſicut ipſa pre
cum cōpoſitio euidēti rōne demōſtrat. Introit⁹ ad
choꝝ ꝓphetaꝝ reſpicit. qm̄ ſm Aug. Moyſes mini
ſter fuit veteris teſtamenti: prophete miniſtri noui.
Kyrieleyſon ad eos reſpicit ꝓphetas qui circa dñi
aduentum erant. de quibus fuerūt zacharias ⁊ Jo-
hānes baptiſta filius eius. Gloria in excelſis ad ce
lum reſpicit angeloꝝ gaudiū natiuitatis dñi paſto-
ribus annūciātium. Primo collecta reſpicit ad hoc
qḋ dñs circa ānum. xij. agebat. ſcꝫ q̄n aſcēdens hie
roſolymam ſedebat inter doctores audiēs ⁊ interro
gās. Epiſtola ad iohānis ꝑdicationem ꝑtinet. Re-
ſpōſoriū ad beniuolētiaꝫ apoſtoloꝝ reſpicit: ſcꝫ quō
a dño vocati ſecuti ſūt eū. Alleluya ad leticiā mētis
coꝝ ꝑtinet quā habebat de promiſſionibus eius vľ
de miraculis que per eū vel per nomen eius fiebāt.
Euāgeliuꝫ reſpicit tēpus a ſua predicatiōe vſq₃ ad
ꝑdictū tp̄s. Quod vō deinceps in miſſe officio agi-
tur ad illud reſpicit tp̄s qḋ eſt a dñica qñ pueri he-
breoꝝ obuiauerūt ei vſq₃ ad diē aſcēſiōis eius ſiue
pēthecoſtes. Oratio vō ſecreta vſq₃ nobis q₃ pecca-
toribus. deſignat illā orationē quā ieſus in mōte oli
ueti exercebat. qḋ aūt poſtea agitur ſignificat tp̄us
illud quo dñs in ſepulchro iacuit. Qñ vō panis ĩ vi-
num mittitur animā dei ad corpus redire demōſtra
tur. Salutatio ſequēs ſignificat ſalutatiōes poſtea
diſcipulis a xp̄o factas. Fractio oblate ſignat fra-
ctionē panis factaꝫ a domino diſcipulis in emaus.
hec plenius in ſuis locis dicentur. De miſſa pro mor
tuis ⁊ ipſoꝝ officio in. vij. parte dicetur. Adhuc miſ
ſa non niſi in ſacratis deo locis. i. in tabernaculis di
uinis precib⁹ a pōtificib⁹ delibutis abſq₃ magna ne
ceſſitate dici debet. non ergo in prophanis domib⁹
abſq₃ ep̄i licentia: quia ſanctius eſt miſſam non can
tare vel non audire ꝙ̄ in locis in quibus hoc fieri nō
oportet. de conſe. diſt. j. clericos. ⁊ c. ſequē. vnde ſcri
ptum eſt. de ꝯſe. di. j. ſicut. ⁊ c. iij. ſe. ⁊ c. cōſedim⁹. ⁊
c. vnicuiq₃. Uide ne offeras olocauſta tua ĩ omni lo
co quē videris: ſed in omni loco quē elegerit dñs de
us tuus. de hoc dicetur in prohemio. v. partis. pōt
autem eſſe neceſſitas vt dicatur in naui vel ĩ exerci
tu ſub papilione ſiue ſub diuo ſi illud haberi nō poſ
ſit: ſed tūc cuꝫ tabula ſeu altari viatico. ea. diſt. c. ſi.
Preſbyter aūt nō debet miſſaꝫ celebrare ſine licētia
ep̄i in altari in quo ep̄s ea die celebrauit. e. di. cōce-
dimus. extra de priui. ĩ his. Sixtus tñ papa ſtatuit
miſſam non niſi ſuper altare celebrari. Felix papa
primus ſtatuit ſupra memorias martyruꝫ miſſas ce-

dilexit multum. Paralitico quoq3 ait dn̄s. Fili re
mittunt tibi peccata tua. ¶ Sequit Credo in ſan
ctam eccleſiam catholicam carnis reſurrectionē. i.
ꝑ fidē quam ego habeo exiſtēs in ecclīa. conſequoꝛ
carnis reſurrectionē. De qua Iob. Credo q2 redem
ptoꝛ meus viuit: ꝛ in nouiſſimo die de terra ſurre
cturus ſum. ꝛ in carne mea videbo deum ſaluatoꝛem
vn̄ in euangelio. De abꝛaā deus yſaac ꝛ iacob nō ē
de moꝛtuoꝝ. ſȝ viuoꝝ. Et paulus. Oēs quidē reſur
gemus. ſed non oēs immutabimur. Similiter cōiū
gēdum eſt quod ſeq̄tur. Credo in ſanctam ecclīam
catholicam vitaȝ eternā. i. ꝑ fidē quā habeo exiſtēs
in ecclīa. conſequar vitā eternā. hec ē terra viuētiū
de q̄ dauid. Credo videre bona dn̄i in terra viuētiū
Eſt aūt vita eterna videre deū patrē ꝛ quē miſit. Ie
ſuȝ xp̄m. De hoc etiā ſub ſabbato ſancto in ſexta ꝑte
vbi agitur de baptiſmo dicetur.

¶ De pꝛedicatione. Rubꝛica.

Quoniam vt p̄miſſum eſt euangeliuȝ
ꝛ pꝛedicatio eſt ꝛ ſymbolum fidei ꝓ
feſſio. id eo poſt illa fit populo p̄di
catio q̄ſi euangelici verbi ꝛ ſymboli
ſiue noui ꝛ veteris teſtamenti expo
ſitio. qui modus ſumptus ē ex libꝛo
Neemie in pꝛincipio vbi legitur. Et legerunt leuite
in libꝛo legis dei. Neemias aūt ſacerdos ꝛ Eſdras
ſcriba interpꝛetabantur populo vniuerſa. Pꝛeterea
monebantur antiquitus qui in fraterno odio erant
vt ad concoꝛdiam venirent priuſq̄ cōmunicarent ꝛ
mundi eſſent priuſq̄ coꝛam ſuo ſaluatoꝛe cui nota
ſunt ſecreta coꝛdium appararēt: ex quo ſiquidem p̄
dicandi vſus in ecclīa inoleuit. Inde etiam ē q2 oꝛa
tio dominica q̄ ē ad pꝛimam ꝛ in alijs hoꝛis voce de
miſſa dicitur ad miſſam alta voce ꝛ patēter dicatur:
quia in ea hmōi fraterna monitio continetur. com
muniter tamē poſt pꝛedicationē ſymbolum decanta
tat: q2 fidē p̄dicatā ſe tenere eccleſia ꝓfitet. ¶ Ve
rum cum p̄dicandi offm̄ ꝑuilegiatum ſit: nullus p̄di
care debȝ niſi cui committitur aut cui ex officio ſibi
iniuncto incūbit. Iuxta illud apoſtoli. Quomodo p̄
dicabunt niſi mittantur. extra ꝺ here. cū ex iniunto
ꝛ ideo p̄dicaturus licētiam petit dicēs. Iube dn̄e
Debȝ aūt p̄dicatoꝛ in loco eminētioꝛi eſſe ſicut euan
gelium legēs ꝓpter rōnes ſub ti. de euangelio ſcri
ptas. Nam ꝛ ieſus vidēs turbas aſcēdit in montē ꝛ
apiens os ſuū docebat eos. Matth. v. ꝛ Eſdras fe
cit gradū ligneū ad loquēdū. vt dictuȝ ē in p̄ma ꝑte
ſub ti. de ecclīa vbi de pulpito agitur. Debȝ tamen
humiliter ꝓferre q̄ docȝ. nec ſm Grego. xlvj. diſt. hȝ
in fi. illū elatis moꝛibus p̄dicet quē in coꝛdibus au
diētium ſacris ſermonibus inſectat. Et ſm Amb. p̄
dicatio xp̄iana non indiget pōpa nec cultu ſermōis
Debȝ quoq3 ſm Greg. p̄dicatoꝛ eſſe diſcretus in ſi
lētio vtilis in verbo ne aut tacēda ꝓferat aut ꝓferē
da reticeſcat. xliij. di. ſit rectoꝛ. Sunt tamē nonnulli
huius doctrine obliti. qui ſicut ait Beda. ij. q. vij. ſe
culi ſunt auditoꝛes ſuos in pꝛecipitiū mergūt q̄bus
nō ſalutaria q̄ corrigāt ſȝ q̄ i los delectēt erronea p̄di
cant. Alijs vbo Grego. xlix. di. hinc etem̄. viij. q. i. opȝ
xliij. di. §. ſi. duȝ eſtimari ebꝛeos nolunt. ſepe ex imo
derata ſubtilitate ſe in quibuſdam inquiſitionibus
pluſq̄ expediat exercent ſecreta myſteria ſua pꝛedi
catione non intelligētibus referando. Opoꝛtet em̄
eum qui docet ꝛ inſtruit ꝓ ingenio diſcentiuꝫ ſemet
ip̄m aptare ꝛ ſibi oꝛdinē ꝓ audiētiū capacitate diri
gere qm̄ qui docet ea que ab auditoꝛibus intelligi
nequeunt: nō ad coꝝ vtilitatē ſȝ ad ſui oſtētationē
facit vt plura ſcire videatur. vel adulatione vt eis
placeat quibus ſecreta reuelat. Iuxta qd̄ apl's ait.
Xp̄s me miſit pꝛedicare nō in ſapiā vbi. ¶ In conci
lio carthaginen̄. de conſ. di. i. ſacerdote. ſtatutū ē vt
ſacerdote verbum ſcȝ p̄dicationis in ecclīa faciente
q̄ egreſſus de auditoꝛio fuerit: videlȝ cōtēnens ex
cōicetur. Poſt pꝛedicationem fit confeſſio ꝛ indulgē
tia ꝓ cōmiſſis ꝛ omiſſis cōcedet vt ſic cōſciētijs emū
datis. Iuxta illud ꝓpheticū. Et ſcopebā ſpm̄ meuȝ
accedāt ſinguli ad cōionis ſacm̄ quod moꝛ in miſſa
vel ſacramentaliter vel ſpūaliter recepturi ſunt que
ſpūalis cōmunio fit per fidē operanteȝ per dilectio
nem. Iuxta illud Augu. Crede ꝛ manducaſti. de cō
ſe. diſt. ij. vt quid.

¶ Scd̄a pars miſſe in offertoꝛio. Rubꝛica

Secunda pars miſſe in offertorio ſine dñs vobiſcū incipit. q̄ in q̄ttuor ſubdiuidit̄ particulas. Prima dicit̄ ſecretella. Scḋa p̄fatio. Tertia canon. Quarta oratio dñica cū ſua p̄fatione. ſ. Preceptis ſalutarib⁹. Poteſt etiam quicquid ab eo loco vſq̄ ad finē miſſe dicit̄ ſecreta vocari que ſecreta in quinq̄ diuidit̄ partes. Prima ē ab offertorio vſq̄ ad p̄fationem: ⁊ hec ſpecialiter dicitur ſecreta. Scḋa dicit̄ p̄fatio. Tertia canon. Quarta oratio dominica. Quinta eſt embolismus. Quinta etenim fuit dñici ſanguinis effuſio. Prima in circūciſione. Scḋa in ſudore. Tertia i flagellatione. Quarta in crucifixione. Quita i mortui lanceatione. ¶ Sane ordo ꝯueniēs ē vt poſt p̄dicationē ſequat̄ fides in corde: laus in ore: fructus in ōpe. Predicatio quidē ē in euāgelio: fides i ſymbolo: laus in offertorio: fruct⁹ i ſacrificio. q̄propter offerēda cantat̄: q: ſacrificiū laudis offert̄. vñ pſal. Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferatōis cantabo ⁊ pſalmū dicā dño. Et in paralipomenō. Cū offerrēt holocauſta ceperūt laudes canere dño organis: ⁊ in diuerſis q̄ dauid rex cōparauerat cōcrepare. Offertoriū q̄dē iter euangeliū ⁊ ſacrificiū canit̄. put in ti. de ſymbolo dictū ē. Sacerdos aūt dicturus. Oremus p̄mittit Dñs vobiſcū q̄ſi diceret: niſi dñs ſit nobiſcū orare nō poſſumus ad ſalutē noſtram. Subijcit̄ ḡ oremus monēs ppl'm orare vt fidē in ſymbolo recitatā credat ⁊ in ea ſtabilis pmaneat q: ⁊ xp̄s diſcipul' ſuis dixit. Orate ⁊c. Luce. xxij. monēs et vnūquēq̄ ad ſe redire ꝯſciam ſuā diſcutere ⁊ ſeip̄m in holocauſtū iuſtum deo offerre. Prius ergo q̄ chorus cantet offertorium ſalutatur a ſacerdote vt poſſit deuote cantare: ⁊ mox poſtq̄ ille dixit. Oremus: cantat canticum offerētium ſiue offertorium: ⁊ populus offert. vt notet̄ q̄ poſt impletōe mandatorꝝ offerim⁹ noſmetip̄os ſicut ſub ti. de oblatione dicet̄. Ac ſi vnuſquiſq̄ offerēs dicat. Credo ⁊ fidem quam in ſymbolo profeſſus ſummopere compleo ⁊ orationi ſacerdotis conſentio. vnde ⁊ ſacerdos ſtatim offert dona conſecranda. ¶ Et attende q̄ offertorij verſus cum multa diligētia ab antiquis patribus inuenti: hodie in pleriſq̄ locis omittūtur tum breuitatis cauſa. vt tam miniſtri q̄ populus oblationibus orationi ⁊ ſacramento altaris liberius vacent. tum etiam quia ſicut ait Auguſtin⁹. xij diſtinc omnia. ipſam xp̄ianam religionem pauciſſimis ⁊ manifeſtiſſimis celebrationū ſacramētis miſericordia dei voluit eſſe liberam. ⁊ ſm̄ Hieronymū de conſecra. diſtinctio. v. non mediocriter. Melior ē quinq̄ pſalmorū cum cordis hylaritate decantatio q̄ totius pſalterij cum anxietate modulatio verborum etenim multitudine deus flecti non poteſt. Solum ergo in offertorio quod dicitur in miſſa p defunctis. verſus ipſi hodie dicuntur quia officiū illud non ſequitur in multis normā alterius officij. ¶ Porro a patribus introductum ē vt offertorium cantetur quia vt premiſſum eſt quando offerebāt in tubis clangebant. hylarē nanq̄ datorē diligit deus xxiij. q. vj. §. ex his. Inductum ē ēt ex eo q̄ Salomon in dedicatione templi ⁊ altaris innumerabilē multitudinē holocauſtorum obtulit cum magna ſolennitate. ⁊ a moyſe cui deſcēdēti de monte ⁊ populū ſalutanti ⁊ oranti occurrit ppl's ⁊ munera obtulit. Cantat̄ ēt offertorium dum offert̄ ad memorandū iocunditatē iſraelitici populi: offerētis donaria ad edificium tabernaculi: vel potius ad deſignandum clamorē mulieris. de qua legit̄ in Apoc. xij. c. Mulier id ē eccl'ia. amicta ſole. i. xp̄o quē induit. in baptiſmo. habēs lunam ſub pedibus. i. omnia mutabilia calcās. ⁊ in capite coronam duodecim ſtellarū. id ē chorum duodeciꝫ apoſtolꝝ: ⁊ habēs in vtero ſupplex ea q̄ in ſui initio geſta ſunt clamat pturiēs ⁊ cruciat̄ vt pariat. Clamorem ergo eius pturiēs vel ſalubrē domini cruciatum imitatur offerēda p ſuum grauē ⁊ grandinoſum cantū q̄ neumis diſtēta ⁊ verſibus fecundata: quantūuis longa iubilatione: quod ſignificat non ſatis exprimere valet. Quis tñ offertorium cantare inſtituerit ignorat̄. Traxit nomē offertorium a ferta quod ē oblatio q̄ in altari offert̄ ⁊ a pontificibus conſecrat̄. inde offertorium d: quaſi p̄fertum oblatio vō vocat̄ q: offert̄. Dicit̄ ēt offertorium. q: dū offerēda cantat̄. ſacerdos accipit oblatōes vel hoſtias a miſtris. de quibus ſub ti. de oblatōe dicet̄. Aduertēdum autē ē q̄ l3 ſacerdos p̄mittat. Oremus: nō tñ imediate orat. imo thurificat. oblatōes recipit ⁊ alia agit quaſi ipſo facto dicat nō ceſſat orare q̄ non ceſſat bñ agere. Dum ergo offertorium canit̄ ⁊ incēſum portat̄ iſtante memoria dñice paſſionis ſilētium obſeruant vſq̄ dum alta voce dicit. Per oia ſcl'a ſeculorꝝ. Illud inſinuās q̄ ieſus poſt ſuſcitationē lazari nō palā ābulabat apud iudeos cū cogitarēt eū interficere: ſ3 abijt in ciuitateꝫ q̄ dr̄ effrē: ⁊ ibi morabat̄ cum diſcipulis. Collegerūt ergo pontifices ⁊ phariſei concilium: ⁊ vnus ex ipſis cayphas nomine dixit. Expedit vt vnus homo moriat̄ p populo ⁊ nō tota gēs peat. Et ab illo die cogitarunt eum interficere. de hoc dicet̄. ſub ti. de inclinatione ſacerdotis.

¶ De manuum ablutione. Rubrica

Priuſq̄ ſacerdos offerat manus iterum lauat q̄uis prius dum veſtibus ſe ornaret lauiſſet prout dictum eſt ſub titulo de capitis coopertione et etiam poſt ſecundam thurificationem iterū lauat. vt ſic magis ac magis mundatus offerat hoſtiam immaculatam ſanctam deoq̄ placentem. Nam ⁊ pſal. cum mundatus eſſet petebat amplius emundari dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato ⁊c. Lauat āt ſp ad dextrum cornu altaris. nam dextra pſperitatem: ſiniſtra aduerſitatem ſignificat: quia igitur pluries peccat̄ in proſperis q̄ in aduerſis. Iuxta illud pſ. Cadent a latere tuo. ſ. ſiniſtro mille. ⁊ decē milia a dextris tuis. merito magis lauandum eſt ad dextrā q̄ ad ſiniſtram. Sacerdos itaq̄ hoſtiā oblaturus lauat manus ad ſignificandum q̄ lauare ac mundare d3 cōſcientiam lachrimis penitentie ⁊

ompunctiõis. Iuxta illud. Lauabo p̄ ſingulas noctes lectū meū lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Et ideo tūc dicit. Lauabo inter innocentes manus meas.i.opera. ⁊ Eſa. Lauamini mundi eſtote. Nam ⁊ xp̄s priuſꝙ̄ verum ⁊ vnicū ſacrificiū in ara crucis offerret in reſuſcitatiõe lazari lachrymas miſeratus effudit euāgeliſta teſtāte. Ieſus inquit infremuit ſpiritu turbauit ſemetipm̄ ⁊ lachrymatꝰ eſt. Lauat etiā manus ne reus ſit corporis ⁊ ſanguinis dñi. Iuxta illud. Mūdc ſunt manus mee a ſanguine huius ⁊ vt mundi ſint a terreno pane iam in populi oblatione recepto vel a terreno deſiderio.

De pallis ⁊ corporalibus. Rubrica.

INterim vero dum ſacerdos manus abluit:diaconus corporalem pallā ſup altare diſponit in quo amonent̄ miniſt. ⁊ populus vt ſint ab omni carnali cupiditate mundi ſicut ipſa palla mundata eſt a naturali viriditate ⁊ humore:mundicia quoꝙ corporalis ſignificat mundiciam populi fidelis. De hac palla in canone ita dicit̄ de conſe. diſtin.i. ex cōſulto. Ex conſulto enim conſtituimus vt ſacrificiū altaris non in ſerico panno aut intincto quiſꝙ̄ celebrare preſumat:ſꝫ in puro linteo ab ep̄o cōſecrato terreno.ſ.lino.i. de terra pcreato atꝙ contexto ſicut corpus dñi noſtri ieſu xp̄i in ſyndone linea mūda ſepultū fuit:⁊ xp̄s verā carnē paſſibilē ⁊ mortalē de terreno virginis corpore aſſumpſit de ligno igit̄ candido nō intincto ex inſtitutiõe ſixti pape ⁊ euſebij ſit corpale. Significat aūt corpale paſſionis intentionem ſeu corpus xp̄i:q: ſicut linū multo labore ac multis tonſionibus acquirit candorē:ita xp̄i caro multo certamine ad reſurrectionis gloriā peruenit. Significat etiā eccliam per quā corpus xp̄i intelligitur que multis paſſionibus ⁊ preſſuris ad cādorem eterne vite pducitur. Tertio ſignificat ipſuꝫ xp̄m. Cum enī ſic cōplicet̄ vt nec initiū nec finis eiꝰ appareat:ſic eius diuinitas initio caret nec ſinē habebit. Et ſic oblata coniungit̄ corporali ⁊ ponit̄ in altari:ſic xp̄i caro iuncta diuinitati affigitur cruci. Et nota ꝙ in quibuſdā eccleſijs palla corporalis que calici ſupponit̄ in longum altaris extendit̄:que quattuor in longū ⁊ tres habꝫ plicaturas in latum. Siquidem in longū altaris extenditur: q: vt aiunt quidam lintheamen quo corpus xp̄i inuolutum fuit per illam figuram extenſum in longitudine ſepulchri inuentū eſt. Quattuor eius plicature in longuꝫ quattuor deſignant cardinales v̄tutes.ſ.iuſtitiam: prudentiam:tēperantiā:⁊ fortitudinē. per quas innate nobis paſſiões reprimunt̄. Tres v̄o plicature in latū tres theologicas virtutes. ſcꝫ fidē:ſpē:⁊ charitatē per quas deo vnimur figurant. Põt quoꝙ ⁊ aliud in his figurari. Duplex enī eſt palla que dicit̄ corporale. vna ſcꝫ quā diaconus ſup altare extēdit: altera quam ſuper calicē plicatā imponit ſignificantes duo lintheamina quibus ioſeph corpus xp̄i inuoluit. Extēſa repreſentat ſyndonē qua corpus fuit in ſepulchro inuolutū:⁊ inde corporale vocat̄ plicata ſup calicem poſita ſudariū quo caput eius fuit ſeparatim inuolutum. Siquidē extenſa que corporale vocat̄ ſignificat fidē. plicata que ſudariū vocatur intellectū. hoc enī myſteriū credi debꝫ:ſꝫ cōprehēdi nō valet:vt fides habeat meritū cui humana rō nō p̄bet expimētū. de pe. diſ. iiij. in domo. Scd̄o quoꝙ corpale ſiue ſyndon,ſubſiſtēs ſignificat xp̄i humilitatē in paſſione ſudariū vero laborē. Tertio corporale ſignificat lintheū quo xp̄s erat p̄cinctꝰ:ſudariū laborē in pſecutionibꝰ. Ad hoc palla ſup calicē poſita aliquā ſcꝫ ſupiorem eius partē non totū tegit. in quo datur intelligi ꝙ ſudariū aliquā partē capitis xp̄i tegebat:⁊ aliquā nō:ſicut mos ē iudeis facere. quedā tñ eccleſie nō habēt niſi vnū corporale pro eo ꝙ in euangelio legit̄ ꝙ ioſeph corpus ieſu inuoluit in ſyndone mūda. non enī dixit in ſyndonibꝰ in plurali. ⁊ hoc ad ſignificandū ſacramēti vnitatē:⁊ ſignificat ſyndonē:qua xp̄i corpus fuit inuolutū. Corpale aūt ideo remanet ſup altare vſꝙ poſt ſumptioneꝫ corporis ⁊ ſanguinis ⁊ eleuationē calicis de altari. q: lintheamen ⁊ ſudariū in ſepulchro poſt dñi reſurrectionē remāſerūt. Preterea corporale remanēs pp̄ter ſui albedinē oſtendit mūdiciam mentis quam ſemp habere d̄bet corpus dñi ſumēs. Sother papa xxiij. diſt. ſacratas. ſtatuit ne femine ſacrate vel moniales ſacra vaſa puta caliceꝫ vel patenā vel ſacras pallas ⁊ corpale ꝯtingāt. Ipſe tñ huiõi ornamenta altaris ⁊ miniſtrorum facere pñt. exēplo marie que talia fecit ⁊ texuit in vſum miniſterij tabernaculi federis. Cõmuniter tñ palla vocat̄ mūda mappa ſup quam diſtenditur corporale. Et dicitur palla eo ꝙ palliat vel abſcondat in ſe myſterium ſupradictum. Debet autē altare duplici mappa operiri:ad duplicem ſtolam mentis ſcꝫ ⁊ corporis deſignandum.

De oblatione ſacerdotis ⁊ de officio miniſtroruꝫ circa illam:⁊ de patena ⁊ de oblationibus populi ⁊ clericorum. Rubrica.

LOtis igitur manibus diaconus vel ſacerdos miniſter extēſis manibus mediante munda toballia accipit manus epiſcopi quaſi iuuans illum de faldiſtorio ad ſurgendum:quod quidem fit non ad iuuandū:ſed potius ad prouocādū illum.i. xp̄m quem ſignificat ꝙ ſurgat ⁊ p populo oret. Iuxta illud. Exurge dñe adiuua nos. Et iteꝝ. Exurge qui dormis. ⁊ ſic mediāte mūda toballia ad notandū ꝙ mediāte mundicia manuū.i. operū noſtroꝝ excitatur dñs ad iuuandū nos apud patrē. Si autē hoc ad ipſum pontificem xp̄i vicarium referat̄:tunc dicendū eſt ꝙ ipſe prouocatus adiuuat̄ per mūdiciam manuū eoꝝ pro quibꝰ orat vt eius oratio efficax habeat̄. Rurſus chriſtus omnia bona opera eccleſie p̄cipaliter operatur:ſicut legitur in Eſa. Omnia bona opera noſtra operatus es in nobis domine cuius locū gerit epiſcopus. Miniſter vero tāꝙ̄ eius famulus ⁊ eius coadiutor typum cooperātis eccleſie gerit que in ſuis operibꝰ xp̄i operātis miniſtra ē ⁊ adiutrix. ſicut dicit apl'us

Coadiutores em̄ dei ſumus:qui tꝰ balliam.i.deuo
tam reuerentiā adhibet:qm̄ ſm aplm̄. Nō ſum⁹ ſuf
ficientes aliq̄d cogitare a nobis quaſi ex nobis: ſꝫ
ſufficiētia nr̄a ex deo eſt. Deinde ep̄s vel ſacerdos
ingredit̄ ſanctuariū ꝑueniēs ad altare ↄſecratum.
Hic eſt xp̄s qui cenaculū grande ſtratū eſt igreſſus
cum diſcipulis cenaturus:⁊ eis corpus ſuū traditu
rus:vbi myſticā oblationē accepit a miniſtris inſi-
nuans illud qḋ iohānes euāgeliſta deſcribit Jeſus
inquit ante ſex dies paſche venit in bethaniā vbi
Lazarus mortuus fuerat quē ſuſcitauit ieſus.⁊ fe-
cerūt ei cenā in qua martha miniſtrabat. Procedit
aūt ad altare abſq̄ mitra ⁊ baculo ⁊ cū veſtib⁹ ſa-
cris.put in locis dictū eſt: Conſidera ḡ ordinē. Nā
euangeliū p̄cedit fides in ſymbolo ſequit̄. Deinde
munera offerunt̄.neceſſe eſt em̄ p̄mum audire quō
inquit apl's credent ſine p̄dicante: deinde q̄s niſi
recte crediderit munus deo acceptabile offerre nō
poterit:q: ſine fide īpoſſibile eſt deo placere. Hic
ergo de triplici oblatiōis gn̄e dicēdū eſt videlꝫ de
oblationibus ſacerdotis:miniſtroꝝ ⁊ ppl'i. Sacer-
dos itaq̄ p̄mo offert ſeipſum. Offerenda etiā ſunt
que ſunt dei deo.i.aīe hn̄tes ſi'itudinē dei īpreſſā:
Deinde que ſunt ſacrificio neceſſaria.ſ.panē vinū
⁊ aquam.⁊ alia ſacrificio apta. Et nota q̄ in veteri
teſtō ponebant̄ ſup mēſam tabernaculi duodecim
panes azimi de ſimila mundi valde.⁊ ponebantur
ſeni altrinſecus ⁊ ſingulis ſupponebat̄ patena au
rea:⁊ ſup patenā pugillus thuris. Panes autē iſti
dicti ſunt ſacerdotales:q: ſoli ſacerdotes eos de al
tari ſublatos comedebāt.vel ſm ioſephum: q: dn̄s
preceperat q̄ ſoli ſacerdotes illos formarent ⁊ co-
querent ⁊ ponerent in menſa ⁊ tollerēt:ipſi tn̄ hꝰ nō
obſeruauerūt.⁊ ex his ↄuincit̄ q̄ ſacerdotes debe
ant hoſtias facere ꝑ ſeipſos. Dicebant̄ etiā panes
propoſitiōis:q: poſiti erāt ſup menſam ꝑpoſitiōis
corā dn̄o in memoriā ſempiternā duodecim tribuū
filioꝝ iſrael. Exo.xxv.c.vel porro poſiti.i.lōgo tp̄e
poſiti.ſ.ꝑ totā hebdomadā. Nā ī diluculo ſabbati
recentes ⁊ calidi ipōebant̄ menſe ⁊ erāt ibi īmoti
vſq̄ ad ſequēs ſabbatū.⁊ tūc ſubtrahebantur: vel
erant ibi ineternū ꝑ ſucceſſionē ponendi in menſa.
Hoſtia aūt format̄ rotunda:q: dn̄i eſt terra ⁊ pleni
tudo eius:orbis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitāt in eo
viij.di.quo iure.vt ipſa ſui forma ſignificet illū qui
principio caret ⁊ fine:cuius ipſe ſit alpha ⁊ o p̄nci-
pium p̄ncipiās atq̄ finis. Apoc.i.c ❡ Rurſus cūꝫ
figura rotūda formet̄ a puncto ad punctū. ꝑ hꝰ in-
nuit̄ q̄ ab ipſo ſunt oīa:⁊ ad ipm̄ oīa retorquentur
vn̄ pſal. Ueritas tua in circuitu tuo. De hac figura
dictū eſt in ꝓhemio ſcḋe ptis.de q̄ etiā dicet̄ ī ſexta
ꝑticula canonis ſup v̄bo. Accepit panē. ❡ Ceterū
duo ſunt que offerunt̄ donū videlꝫ ⁊ ſacrificiū. Do-
num dicit̄ quicq̄d auro vel argēto vel qualibet alia
ſpecie offert̄. Aliud tn̄ eſt donū ⁊ aliud munus:put
dicet̄ ſub p̄ma ꝑticula canonis ſup v̄bo hec dona.
Sacrificiū eſt victima ⁊ queciīq̄ in ara cremantur
ſeu ponunt̄ quaſi ſacrū factū vel ſignū:q: prece my
ſtica ↄſecrat̄ pro nobis in memoriā dn̄ice paſſiōis.

Quidam aūt ꝑuerſi heretici nobis ad preſumptiōeꝫ
magnā reputant:q: ſacrificamus ⁊ ↄſecrationē ho
ſtie ſacrificiū appellam⁹ cū ſcriptura ex ꝑſona dn̄i
dicat. Nolo ſacrificiū.⁊ Eſa. Ne offeratis vltra ſa-
crificiū fruſtra. Et in euangelio. Miſericordiā vo-
lo ⁊ nō ſacrificium. Et dauid. Si voluiſſes ſacrifi-
cium ⁊c. De hoc ⁊ q̄d ſit ſacramentū dictū eſt in pri
ma pte ſub ti.de eccleſiaſticis ſacramentis. Omne
aūt qḋ de deo dat̄ aut dedicat̄ aut ↄſecrat̄. Qḋ de
dicat̄ dicendo datur:vn̄ ⁊ appellat̄. Errāt igit̄ qui
ↄſecrationē dedicationē ſignificare putant:imola-
tio ab antiq̄s dicta eſt:eo q̄ in mola altaris ſupra
poſita victima cederet̄:mactari poſt imolationē eſt
nunc aūt imolatio pani ⁊ calici cōuenit: libatio v̄o
tm̄ calicis oblatio eſt.iuxta illud.⁊ libauit de ſan-
guine vue.⁊ illḋ poeticū. Nūc pateras libare ioui
Libare em̄ ꝓp̄e eſt effundere ⁊ antiquitus qḋ in li-
quida materia offerebat̄ vt vinū ⁊ oleū libamē dice
bat̄:qḋ v̄o in ſicca:vt ſimila panis et thus oblatio
nolabat̄. Hoſtie apud veteres dicebant̄ ſacrificia
que fiebāt p̄uſq̄ ↄ hoſtes ꝑgerent. victima v̄o ſa-
crificia q̄ poſt victoriā deuictis hoſtib⁹ imolabant.
de quo ſub ſexta ꝑticula canonis dicetur ſup v̄bo.
Qui p̄die ⁊ erāt victime maiora ſacrificia q̄ hoſtie
vl' victima dicebat̄:q: vincta ducebat̄ ad aras. Ho
locauſtū illud eſt vbi totū qḋ offerebat̄.puta agn⁹
vel vitulus ī altari igne ↄſumit̄. Olon em̄ grece dr̄
totū:cauſtos incenſio. Cerimonie apud latinos di-
cunt̄ ſacra oīa que apud grecos orgia vocant̄.ꝓp̄e
tm̄ cerimonie a carendo dicunt̄ eo q̄ his q̄ in ſacris
offerunt̄ in ſuo vſu careāt homīes.alij appellāt ceri-
monias obſeruātias iudeoꝝ in abſtinētia quarūdā
eſcaꝝ ſm veterē legē a carēdo:q: carēt reb⁹ q̄b⁹ ab-
ſtinēt. Panis aūt ⁊ calic' ſacm̄ euchariſtia dr̄:put
dicet̄ ſub dicto v̄bo Qui p̄die. ❡ Porro circa obla
tionē ſacerdotis miniſtri ſua officia exequunt̄.diaco
nus em̄ corꝑale ſup altare explicat ⁊ diſponit.in q̄
oſ̄dit̄ q̄ euāgeliū xp̄m ſeu corpus xp̄i:imo tantam
ipſius humanitatē plene deſcribit. Corporale em̄ hꝰ
corpus xp̄i ſignificat:put in p̄cedēti ti.dictum eſt.
Deinde ſubdiacon⁹ in p̄mis calicē p̄parat panem ⁊
vinū in illo diſponēs a ſacerdote poſtmodū ↄſecrā-
da:q: nimirū lex q̄ ꝑ ſubdiaconū hꝰ ↄgrue deſignat̄
hmōi oblatōis myſteriū p̄ſignauit dicēs q̄ melchi
ſedech ſacerdos obtulit abrae panē.ſ.de frumēto ⁊
vinū de racemis a xp̄o poſtmodū exhibēda: ⁊ in ve
ritate ↄſecrāda:ſicut in geneſi hr̄.⁊ dicet̄ ſub ſexta
ꝑticula canonis ſup v̄bo Accepit panē. Oblatio pa
nis ⁊ vini ſignificat pia deſideria fideliū ſeu ꝑ imo-
latione ſeu ꝑ hoſtia viua. ❡ Rurſus in pane corp⁹
xp̄i ⁊ ī vino ſanguis eius in aqua pop'ls repreſentat̄
Et dicit̄ panis a pan qḋ eſt totū:qm̄ hic ⁊ in futuro
eſt tota vita noſtra:vinum dicitur a vite cui domi-
nus in euangelio ſe comparat. Aqua v̄o ab equali-
tate dicit̄:q: per hoc ſacramētū angelis equari de-
bemus. Licet aūt due ſint ſpecies:non tn̄ ſunt duo
ſacrificia.vnitas em̄ verbi vni atē efficit ſacrificiū.
hoc eſt em̄ illud pallium quod noe filij contexerunt
quo chriſtiani chriſti ebrietatem.ſ.paſſionē ſub ſa-

crificio tegūt. deinde ſubdiaconus ferens in manu ſiniſtra calicem ⁊ deſuꝑ corpoꝛale ⁊ illū diacono offerens: ſignificat ꝙ dñs ſubdiaconus fuit qñ librū aperuit: ⁊ diaconus qñ dixit. Nō veni miniſtrari ſꝫ miniſtrare. Diaconus vo patenā cū hoſtia de manu ſubdiaconi recipit inter pollices ⁊ indices vtriuſqꝫ manus: interpoſito tñ manipulo īter ipſos pollices ⁊ patenā. Nempe manus ſubdiaconi opa ſunt legꝭ patena latitudo coꝛdis: manipulus opa euangelij pollex: vigoꝛ virtutis: index diſcretio. Fiunt igitur hec ad ſignificandū ꝙ opa legis ⁊ latitudo coꝛdis ad opa charitatis non ſufficiūt ad ſalutē: niſi operibus euangelicis quoꝝ diaconus annūciatoꝛ eſt cū vigoꝛe virtutis ⁊ diſcretiōe mentis adhibitis adiuuenſ atqꝫ ꝑficianſ. Supponunſ aūt indices pollicibus ad notandū ꝙ virtutis vigoꝛ exercendus non eſt abſqꝫ diſcretione que cunctaꝝ eſt mater et fundamentū virtutū. extra de offi. cu. c. j. ¶ Subſequēter diaconus ipſe patenā cū hoſtia ex inſtitutione ꝯcilij ancbiritani. l. diſt. pꝛeſbyteros. xxv. diſ. perlectis. pontifici repꝛeſentat ad notādū ꝙ ꝑ euāgelicā traditionē quā diaconus figurat ad altare ideſt ad ſolēnem ritū ꝑuenit eccl'ia: qꝛ lex que per ſubdiaconū ſignificaſ hoc noſtre ſalutis ſacrificiū ſolūmodo ꝓfigurauit: vt pꝛemiſſum eſt. ⁊ pontifex ſeu ſacerdos hoſtiā collocat ſuꝑ altare. calicem vo cum vino ipſe diaconus retinet ⁊ collocat in altari. Circa qd notandum eſt ꝙ hoſtia ſignificat coꝛpus chꝛiſti nō ſanguinē: ſacerdos xp̄m. ſolus ḡ ſacerdos abſqꝫ cuiuſqꝫ adiutoꝛio illā offert dicens. Suſcipe ſancte pater ⁊c̄. qꝛ xp̄s ſeipſum in ara crucis obtulit deo patri. ⁊ illā in altari ſuꝑ coꝛpoꝛale quaſi ſuꝑ ſyndonē mundā diſponit. innuens ꝙ ipſemet xp̄s hoc ſacrm̄ inſtituit ⁊ eccl'ie tradidit ad obſeruandū dicens. Hoc eſt coꝛpus meū ⁊c̄. hoc facite in meam cōmemoꝛationē ⁊c̄. Diſponit aūt ⁊ collocat hoſtiā cuꝫ ſigno crucis: qꝛ ſicut xp̄i oblatio in cruce facta fuit. ſic ⁊ oblatio ſacerdotis que in illius memoꝛiā fit cū ſigno crucis fieri dꝫ. Collocat etiā illā directe ſuꝑ crucem, in ꝯſecratiōe altaris cū criſmate factā qꝛ ⁊ xp̄s carnē ſuā cruci affixit. Verū vinū in calice ſanguinē xp̄i deſignat. ⁊ ideo ſolus diaconus abſqꝫ ſacerdote qui xp̄m deſignat calicē tenet ad notandum ꝙ in xp̄i imolatione ſanguis fuit a coꝛpoꝛe ſeparatus: non tñ ſolus ſed vna cū ſacerdote offert: ⁊ ſuper pallam coꝛpoꝛalem collocat ſeu potius ſacerdos illo mediante qd ex eo patet: qꝛ non dicit offero in ſingulari: ſicut diciſ in hoſtie oblatōe: ſꝫ dicit offerimus tibi dñe ⁊c̄. Ex quo etiam clare ꝯuinciſ ꝙ ambo pariter debent ipſa verba ꝓferre. Diacon' ergo calicem vna cū ſacerdote offert: qꝛ non ſolum chꝛiſtus ſeipſum deo patri obtulit. verū etiam per euangeliū ſuum cuius diaconus eſt figura ⁊ baiulus: huius ſacrificij ritum inſtituit ⁊ eccl'ie cōmēdauit: quā inſtitutionē ⁊ cōmendationē ipſe diacon' tanqꝫ ꝓdicatoꝛ euangelij nūciare ⁊ manifeſtare dꝫ ex ſuo officio ab iſta militante eccl'ia obſeruandā. Ideoqꝫ participari dꝫ ſacerdoti in calice offerēdo non tñ in ꝯſecrando: qꝛ illud ſolius eſt officium ſacerdotis. Solus autē epūs vel ſacerdos aquā vino cōmiſcet in calice qd nulli inferioꝛi facere licet: qm̄ ſolus xp̄s pplos ſanguine ſuo redemit. Preterea admixtio huius vnionem ppl'i cum xp̄o deſignat vt ſequiſ que fieri non pōt niſi per grām xp̄i cuius typum gerunt pontifex ⁊ ſacerdos. Cōmiſceſ autem aqua vino in calice ex inſtitutiōe alexandri pape. j. Primo ad notandum ꝙ nunqꝫ ſalus populi eſſe potuit ſine ſanguinis xp̄i effuſione: nec etiā ſanguinis effuſio ſine populi ſalute: qꝛ chꝛiſtus ppl'm ſibi recōciliauit in moꝛte. Scriptū eſt eñ ꝙ aque multe ſūt populi multi. chꝛiſtus aūt ſanguinē ſuū fudit ꝓ populo ſicut ipſe teſtaſ. Hic eſt ſanguis meus no. teſ. qui pꝛo multis effundeſ in remiſſionē peccatoꝛum. Scdo ad notandū ꝙ de latere chꝛiſti ſimul exiuit ſanguis ⁊ aqua. quatenus nec chꝛiſtus ſit ſine ppl'o nec ppl's ſine xp̄o. Cū ergo aqua vino miſceſ: tunc chꝛiſto ppl's adunaſ. de ꝯſe. diſt. ij. cum omne. ꝓpe finem. Hoc qꝫ myſterium lex moſayca pꝛefigurauit ſicut apl's exponit dicens. Bibebant de ſpirituali conſequenti eos petra. petra aūt erat chꝛiſtus. de de ꝯſe. di. ij reuera. Quapropter ſacerdos in calice aquā fund t vt ſicut aq̄ nō ſeparaſ a vino: ſic ppl's nunqꝫ ſepa reſ a xp̄o. Tertio cōmiſceſ vt diuinitas ⁊ humanitas in vna ꝑſona ꝯiuncte eſſe intelligant. de ꝯſe. diſ. ij. c. iij. iiij. ⁊. v. Nam ꝑ vinū diuinitas: ꝑ aquā humanitas intelligiſ: qui ergo in altaris officio aquā ſine vino vel econuerſo ei miniſtrat quātū in ſe eſt diuinitatē ab humanitate ſeparat. de hoc diciſ in particula canonis ſuper verbo. Hoc eſt coꝛpus meum: ⁊ ſuper verbo. Hic eſt calix. Sane ſacerdos vel miniſter miſſurus vinum ⁊ aquā in calicem pꝛius effundit modicū in terram non ſolū vt mear' ſiue locus vaſis ꝑ quē fluere dꝫ mūdeſ: ⁊ ſi quid eſt in ſuperficie vini vl' aque emittaſ. verū etiā ad oſtēdendum ꝙ ſanguis ⁊ aqua de latere chꝛiſti vſqꝫ in terram fluxerūt. ad qd myſteriū ſe pꝛeparat ꝑagendum. Conſiderandū etiam eſt qꝛ aqua bñdiciſ qñ vino admiſceſ. vinum vo non. ⁊ hoc ideo vt dicunt quidam ꝓmo: qꝛ vinū ſuam bñdictionē expectat. ſꝫ hec ratio non videſ ſufficiens: imo qꝛ tunc totum vinum eſt: qm̄ in bñdictione vini ſub noīe calicis tam vinum qꝫ aqua ſimul benedicuntur. vnde pōt ſcdo modo dici ꝙ vinū in hoc loco chꝛiſtum ſignificat: q̄ nulla eget bñdictione aqua ppl'm qui in hac vita nequit eſſe ſine peccato: ꝓpter qd indiget bñdictione dei: vt reddaſ dignus ad pꝛemiſſam vnionē cū xp̄o Ad hoc igitur ſignificandū aqua bñdiciſ: qñ vino admiſceſ. Tertio etiam vinū non bñdiciſ: qꝛ diaconus qui non pōt bñdicere dꝫ illud ex officio ſuo in calicem mittere vt ꝓmiſſum eſt. Quarto qꝛ ppl's ꝑ aquā ſignificatus vnitur chꝛiſto ſolum per benedictionem gratie ipſius xp̄i quē ſacerdos benedicēs figurat. Eſt aūt plus de vino qꝫ de aqua ponēdum arbitrio ſacerdotis. ita tñ ꝙ aqua vino abſoꝛbeaſ ⁊ vini ſapoꝛem retineat. extra de celebꝛa. miſſa. pernicioſus. ⁊ hoc in ſignum ꝙ eccleſia debet incoꝛpoꝛari chꝛiſto non chꝛiſtus eccleſie. Unde Augu. Nō tu mutabis me in te ſicut cibum carnis tue: ſed muta

deris in me. de hoc etiam dicetur ſuper dicto verbo. Hic eſt calix. ⁊ in ſexta pte ſub quīta feria cene dñi prope finem. Predictis etiam Alexander papa ſtatuit oblationem ex azimo ⁊ in modica fieri q̃titate dicēs. Hec oblatio q̃to rarior: tanto precioſior. Nō eſt etiā omittendū ꝙ in miſſis priuatis miniſtrans ſacerdoti ampullā cū vino: manum eius nō oſculaṫ ſed miniſtrās ampullaꝫ cū aqua ſic. qm̄ vinum xp̄m aqua genꝰ humanū oſculū vo pacē inter deū ⁊ hoīeꝫ ſignificat reformatā. Regulariter tñ cū celebrāti aliquid porrigitur vł ab eo recipiṫ manꝰ oſculū interponitur ad deſignandū ꝙ omne ſeruitiū omniſqꝫ reuerentia deo exhibita cuius vices celebrans gerit pcedere debꝫ ex fauore charitatis ⁊ amoris qui p manus oſculū deſignaṫ. de hoc etiā ſub euāgelio dictū ē ⁊ ſub ti. de pacis oſculo diceṫ. Calix aūt poniṫ rome ad dextrum latus oblate. ⁊ bene quaſi ſanguinē ſuſcepturus qui d latere xp̄i noſcitur pfluxiſſe: ⁊ ad deſignandū ſanguineꝫ ⁊ aquam de dextro xp̄i latere emanaſſe. preterea niſi a latere ſtet recta pars crucis que fit cōiter ſup hoſtiam ⁊ calicē nō pduciṫ ſolūmodo ſup hoſtiā qd tamen fieri debet. Crux enim ipa inchoari dꝫ ſup hoſtiaꝫ ⁊ perfici ſup caliceꝫ put ex diuerſis locis ⁊ verbis ipſius canonis colligitur euidēter. de ho dicetur in octaua pticula canonis ſup verbo hoſtiā ſanctā. Communiter tñ alibi ponitur hoſtia inter ſacerdotem ⁊ calicem. Primo ad notandū ꝙ xp̄s eſt mediator dei ⁊ hoīum. x. di. quādo. ⁊ ſm hoc ſacerdos deū patrem hoſtia xp̄m. aqua in calice ppl'm ſignificat: q: non niſi xp̄o mediante ad reſurrectiōis gaudiū poſſumus peruenire. Secūdo propinquior eſt ſacerdoti hoſtia q̃ calix: quia prius a xp̄o ↄſecrata legitur q̃ ſanguis: ⁊ apoſtolis prius data: ſꝫ hec ratio facit potius dictis romanis q̄ cruces incipiūt ſuper hoſtiā. ⁊ deinde eas ſup caliceꝫ pducūt. Porro cū ſacerdos accipit patenā cū hoſtia vrceolūꝫ cū aqua: calicem cū vino: thuribulum cū incenſo: efficit ſup ea crucis ſignaculū vt per crucis virtutē oīs conatꝰ diabolice malignitatꝰ effugiat ne cōtra ſacerdotē vel ſacrificiū aliquo modo preualeat.

¶ Et nota ꝙ in ampullis in quibus vinum ⁊ aqua continenṫ pro ſacrificio ſpiritualiter cōſiderandū eſt ꝙ in parua ſubſtantia incōprehenſibilia cōtinentur futura ſacramenta. Diciṫ aūt ampulla quaſi ampla bulla ſignificās cor humanū qd amplum debet eſſe latitudine charitatis. Rurſus ampulle. i. vaſa ad offerendū vinum ſunt predicatores mordaciter increpantes vel quilibet ſpiritusſancti gratia inebriati ⁊ alios inebriantes. Idrie vero. i. aquatica vaſa ſunt doctores aqua ſapiētie ſalutaris potati ⁊ vitalibus aquis repleti. Rurſus adhuc p̄miſſa alio ordine pſequamur. In quibuſdaꝫ eccl'ijs ſubdiaconꝰ portat caliceꝫ in ſiniſtra: patenā in dextra ⁊ deſuper corporale. vnus cātor: oblataꝫ cū fanone ⁊ vinū cū ampulla alter vero debet aquā vino miſcēdā vltimo diaconus fundēs aquam in calice offert preſbytero ſeu epō. Nempe ſubdiaconus eſt xp̄s. calix paſſio. patena crux: ſiniſtra preſens vita. dextra futura. corpale. eccleſia. vnꝰ cātor iudaicū ppl'm figurat. alter gentilem. ampulla deuotionē. oblata corpꝰ. vinuꝫ ſanguinē. aqua eccl'iam. archidiaconus xp̄m. preſbyter ſeu epūs deū prem. Subdiaconus ergo calicē portat in ſiniſtra: q: xp̄s de torrēte bibit in via. i. paſſioneꝫ ſuſtinuit in preſenti vita. patenā dextra: quia p cruceꝫ peruenit ad gloriā. ppter hoc et exaltauit illū deus deſup corporale quia eius paſſionem eccl'ia non deſinit imitari. Corporale enī candidatur ⁊ eccl'ia p multas tribulatiōes xp̄o ↄformatur. Subdiaconꝰ etiaꝫ noſter ſcꝫ xp̄s patenam cum calice portauit: qn̄ crucem in paſſione baiulauit. Primus cantor offert oblataꝫ cū fanone ⁊ vinum cū ampulla: quia primitiua eccl'ia d iudeis ſuſcepit fidē paſſiōis in deuotiōe mētis. Oblatā ergo nō nudis manibꝰ: ſed cū fanone cādido. i. cū mampulla alba ⁊ mūda offert. ad notandū ꝙ xp̄i corpus ab his tm̄ digne ſuſcipitur qui carnē ſuam cum vitijs ⁊ concupiſcentijs crucifigūt. Alius aūt cātor offert aquaꝫ quā diaconus miſcet vino ⁊ offert preſbytero ſeu epiſcopo. hec eſt gētilitas que ſuam obtulit multitudinem quā xp̄s in paſſione obtulit deo patri. Poteſt enī nō incōpetenter dici ꝙ altare menſam domini in qua cum diſcipulis ſuis cōuiuabatur. ara crucem. calix ſepulchrū vel paſſionis xp̄i: de quo in prima parte ſub titulo de picturis dictum eſt. ⁊ patena que a petendo dicitur cor latum ⁊ amplū ſignificat. ſup hanc patenā. i. ſuper latitudinē charitatis ſacrificium iuſticie debet offerri vt holocauſtū eiꝰ pingue fiat. Hanc cordis latitudinē habebāt apoſtoli cū petrus dicebat. Et ſi oportuerit me mori tecū non te negabo. Similiter ⁊ oēs apoſtoli xp̄o dixerūt. Sꝫ latitudo cordis ab eis aufugit ⁊ latuit cum oēs magiſtro relicto fugerūt ⁊ latuerūt. Ad quod ſignificādū poſt ſuſceptā ide oblataꝫ ſacerdos abſcondit ſub corporali patenā vel ſaltem eam ab altari remotam ſubdiaconus retro ↄtinet inuolutam. Per hoc ergo diſcipulorū fuga vł latibulū vł infidelitatis excecatio deſignatur: qui dū verū ſacrificiū offerreṫ xp̄o relicto fugerūt ⁊ latuerūt: ſicut eis ipe p̄dixerat. Omnes inquit vos ſcādalū patiemini in me in hac nocte. Scriptum eſt enī. Percutiā paſtorē ⁊ diſpergenṫ oues gregis. poſtq̃ aūt ſurrexero precedā vos in galileā. Aliquāta particula patene non abſcondiṫ vt oſtēdatur ꝙ beata virgo ⁊ beatus iohānes euāgeliſta nō fugerunt nec latuerunt. de hoc dicetur ſub ti. de ſanctis. Et ideo ſacerdos dicturus. Pax dñi quaſi dñice reſurrectionis annūciaturus eulogiū: reſumit patenā: quia cū eſſet ſero die illa vna ſabbatorū ⁊ fores eſſent clauſe vbi erant diſcipuli cōgregati ppter metum iudeorū venit ieſus ⁊ ſtās in medio dixit eis Pax vobis. reſumēs oues que trepidātes aufugerūt. Rurſus patena que ppter ſui formam diuinitatē que initio caret ⁊ fine ſignificat vſqꝫ ad dñicā orōnē abſconſa tenet ad deſignādū ꝙ diuinitas nobis abſcōſa ⁊ velata eſt in hoc mūdo: ſed qn̄ in oratōe dñica dicitur. Panem noſtrū manifeſtaṫ: ad oſtendendū ꝙ qn̄ ad panē noſtrū qui in celis eſt peruenimus: tunc diuinitas que in hoc mūdo abſcōſa ⁊ velata ē manifeſtabit ſe nobis ⁊ videbimꝰ eū ſicuti eſt. De h̄ diceṫ ſub.

ti.de reſumptione patene. In quibuſdã tamẽ locis patena diſcooperta tenet.ad deſignandũ ꝙ ſacerdos orat ꝓ eternis que per xp̃i p̃dicationem nobis reuelant. Per patenã q̃ rotunda ẽ eternitas q̃ principio caret ⁊ fine ↄgrue deſignat. Sane ſubdiaconus tenet patenã a parte poſteriori eleuatam:q̃ſi diceret imitamini me q̃ poſterioꝝ oblit⁹ ad anterioꝛa me extendo innuẽs ẽt ꝙ referre debem⁹ oĩa opa nr̃a ad xp̃m ⁊ ad coronam eternam. Patena quoqꝫ ſeorſum a calice reuoluta.ſ. ꝓs ſuperior ſubtus poſita ſignificat lapidẽ a ſepulchro cõmotum ⁊ reuolutum. Et nota ꝙ diaconus tradit patenam ſubdiacono tenẽdã innuẽs ꝙ xp̃s ↄtulit diſcipulis ſuis poteſtatẽ p̃dicãdi regnũ dei. Circa hoc ẽt videbit ſub ti. de reſũptiõe patene. ¶ Circa oblationẽ ppl'i notãdũ eſt ꝙ ppl's offerre dꝫ iuxta illud. Exo. Non apparebis i conſpectu dei tui vacu⁹. de ↄſ.di.j.oĩs. Per oblata q̃ munera poſſumus cõmemorare copioſam victimam q̃ oblata ẽ a ppl'o cũ rex ſalomon tẽplũ ⁊ altare dño ſacraret. Exẽplo cuꝰ illi⁹ plebs fidelis offert ſe ⁊ donat deo ſꝫ i veteri teſtamẽto ↄueniebat ppl's i hierl'z q̃buſdam magnis ſolẽnitatibus.ſ.paſcha:pẽthecoſten:⁊ in feſto cenophegiaꝝ:vt orarẽt in tẽplo ⁊ tũc tenebant offerre. ¶ Et nota ꝙ in veteri teſtamento ppl's offerebat ſacrificiũ legale ⁊ voluntariũ ꝓ pctõ ꝓ grãrum actione dona vota ⁊ holocauſta. Sacrificium legale ſunt decime ⁊ primitie vel ea que lex iuſſit offerri. Deut.xij.c. Voluntarium eſt quod ſponte ꝓ pctõ ⁊ ꝓ legis tranſgreſſiõe offerebat. Dona ſunt q̃ in templi ornatum offerebãtur. vota q̃ ꝓ periculis ĩfirmitatis vel belli. De holocauſto p̃miſſum ẽ. Vñ dr̃ in paralypo. ꝙ obtulerunt principes ꝓ rotis. pro ſpontaneis:ꝓ pctõ:ꝓ regno:ꝓ ſanctuario : pro iuda. Ritus igit ſynagoge tranſiuit in religionẽ eccl'e: ⁊ ſacrificia carnalis ppl'i mutata ſunt in obſeruantiã ppl'i ſpũal. Nã ſicut ppl's ille moyſi deſcẽdẽti d mõte diuerſa dona ad faciẽdum tabernaculum offerebat ſic ep̃o de pulpito veniẽti xp̃iani deuotas offerunt oblationes. Alius offert aurum imitatus magos q̃ auꝝ dño obtulerunt. Alius argẽtũ ſecutus illos q̃ pecuniã in gazophilatio poſuerunt. Alius vero aliq̃d de ſua ſba:vt aſſociet illis q̃ p Paulũ ⁊ Barnabã neceſſaria paupibus tranſmiſerunt.nec eſt curãdũ que q̃titas vel ſpẽs offerat:ſed potius mens attẽdit offerẽtis. Unde Prouer.iij. Honora dñz de tuum de tua ſubſtantia.⁊ Thob.iiij. Et tua ſba fac elemoſinã.⁊ magi obtulerũt xp̃o nato aurũ thus ⁊ myrrhã. Matth.ij.iuxta illud p̃s. Tibi offerẽt reges munera.nec ſm Greg.offerens a muneribus ſꝫ munera ab offerente placẽt. Offerunt quoqꝫ legale ſacrificiũ in decimis ⁊ p̃mitijs:voluntarium in ſpontaneis oblatõibus:ꝓ pctõ dum penitẽtias redimũt ꝓ gratiarũ actione dum pro collatis a deo aliq̃ grã q̃cq̃ offerũt. Dona dũ in edificio eccl'iaꝝ vel vtenſilia aliquid offerunt. vota dũ qđ in p̃iculis vouerũt exſoluũt. Holocauſtũ offerunt q̃ ſeculũ derelinquũt ⁊ ſua paupibus diſtribuunt. Offerens autem manũ ſacerdotis:oſculatur.per qđ fides cũ opere deſignatur. de quo ẽt iam p̃miſſum eſt. Offerẽs vero panem ⁊ vinũ ſignificat diſcipulos q̃ preuenerũt pare neceſſaria ad paſcha. Ueꝝ clerici ⁊ monachi et admiſtratiõem hñtes nõ offerũt niſi in officio mortuoꝝ ⁊ in noua celebratione ſacerdotis: ⁊ in q̃buſdã p̃cipuis ſolẽnitatibus. de conſ.di.j.alia cum enim ipſi de oblationibus viuant: ⁊ ipſi ac ſua deo oblati⁹ ſunt non tenẽtur offerre. Uiri aũ mulieres offerunt ipſi enim fortes in xp̃o deſignant.ſ.martyres qui in primitiua eccl'ia plures cõtumelias paſſi xp̃o victimã obtulerunt dum occubuerũt. Deinde mulieres q̃ fragiliores deſignant ſcꝫ confeſſores qui tempore pacis domino laudis hoſtias obtulerũt. Preterea vir caput eſt mulieris.⁊ ideo a capite ratio eſt reddẽda .ff. de edẽdo. argẽtarius. Subdiaconi aũt vel accoliti recipiunt oblationes q̃ ad manum epiſcopi deferuntur ad notandum ꝙ ipſe non ſua:ſed aliena manu debet tẽporalia miniſtrare. Sane romanus pontifex nullã oblationẽ manibus tangit:niſi illã q̃ ꝓ defunctis offertur quam ideo manibus accipit vt ſigillet errorẽ dogmatizantium elemoſynas nõ ꝓdeſſe defunctis. ⁊ niſi oblationẽ panis quã tangit. tum ꝓpter reuerẽtiam ſacrificij qđ ex pane cõficit. tum q: ẽ vicarius eius qui de ſe dicit. Ego ſum panis viuus. Ceteras vero oblationes ad pedes accipit propter illud quod in actibus apoſtoloꝝ habet:qm̃ offerebãt p̃cia coꝝ q̃ vendebant ⁊ ponebãt añ pedes apoſtoloꝝ.⁊ quia oĩa ſua ſunt prout ſub euangelio tactum eſt.⁊ ſacerdos oblatões manu tangit rep̃ſentans illud Leui. j.⁊.iiij. Ponetqꝫ manus ſuper caput hoſtie ⁊ acceptabilis erit atqꝫ in expiationẽ proficiens. Et nota ꝙ pro defunctis offertur panis ⁊ vinum. Iuxta illđ Tho.iiij. Panẽ tuum ⁊ vinum tuum ſup ſepulturaꝫ iuſti conſtitue.i.diſtribue.⁊ pecunie ſiue argentum exemplo iude machabei qui miſit offerri. xij. milia drachmas argẽti ꝓ peccatis mortuorum.ij. Machꝰ. xij. ⁊ precia eorum ponebant ante pedes apoſtoloꝝ vt premiſſum eſt etiam lumen ad illuminandum illos qui in tenebris purgatorij ſedent q̃ſi offerẽs ipſo ſacro dicat. Lux eterna luceat eis dñe ⁊c. Sane moyſes videns ꝙ ppl's multa obtuliſſet. iuſſit p̃conis voce cantare ne quis vltra offerret. Exo.xxxv.⁊.xxxvi.c. Nullus tamen ſacerdotum noſtri temporis talia fecere viſus eſt. In nonnullis locis parochiani in die natalis dñi offerũt ſacerdotibus panes quos kalendarios vocãt.ꝓpter illud quod legitur Leuitic.xxij. Offeretis panes duos ſacerdoti qui cedunt in vſuꝫ ei⁹ ⁊ vocabitis hunc diem celeberrimum atqꝫ ſanctiſſimum ⁊c. Sſuceptis itaqꝫ a ppl'o oblationibus ⁊ choro offertorium cantante: ep̃s vel ſacerdos ad altare reuertit qm̃ xp̃s ſuſceptis fidelium votis cãtãtibus turbis. Oſanna in excelſis in ꝓximo immolãdus intrauit in templum.

¶ De ſecunda thuriſicatione. Rubrica

OBlatione myſtica de qua inmiſſum eſt ſuſcepta ſtatim adoletur incenſum. per quod illud innuitur quod ſtatim ſubſcribitur a Iohanne in euangelio de quo premiſſum eſt ꝓpe p̃ncipiũ p̃ce-

dentis ti. Maria ergo ſcꝫ magdalena accepit libꝛā
vnguenti nardi piſtici ꝓcioſi ⁊ vnxit pedes ieſu. ⁊ im
pleta eſt dom⁹ ex odoꝛe vnguēti. ⁊ ſacerdos in modū
crucis ſuperducit ⁊ circūducit incēſum ſuper ſacrifi
ciuꝫ ⁊ altare: vt ⁊ crucis ſignaculo ⁊ thuris incenſo
diabolice fraudis malignitas extricetur ⁊ effugiat.
Quod vero tertio ſuperducit ⁊ circūducit incenſuꝫ
deſignat ꝙ maria ter exhibuit ⁊ adhibuit vnguen-
tum circa coꝛpus ieſu. Primo enim vnxit pedes illi-
us in domo ſymonis phariſei. Scdō cuꝫ in domo ſy-
monis lepꝛoſi ſuper caput eius vnguentum effudit.
Tertio cum emit aromata vt veniēs vngeret ieſum
iam poſitū in monumēto. voluntas enim reputatur
pꝛo facto. xvij. q. i. ⁊ ſi. ergo cū per ipſam nō ſteterit
quomin⁹ expleuerit qđ incepit. Quod vero poſtmo
dum vndiqꝫ totum incenſat altare deſignat ꝙ poſt
factū illud totam reſperſit eccleſiā ſicut domin⁹ ipſe
teſtať. Amen amen dico vobis vbicunqꝫ pꝛedicatū
fuerit euangeliū hoc in toto mūdo diceť qđ ⁊ hec fe
cit in memoꝛiā eius. Poteſt etiaꝫ dici ꝙ altare thu
rificať in figuram angeli qui ſtetit iuxta aram tem-
pli. habens thuribulum in manu ſua de quo fumus
aromatū in conſpectu domini aſcendebat. Xp̄s em̄
magni conſilij angelus carneꝫ immaculatā igne ſan
cti ſpiritus plenā pꝛo nobis in ara crucis obtulit do
mino in ſuauitatem odoꝛis. Fumus aromatuꝫ ſunt
oꝛationes ſanctoꝝ que per ardoꝛē charitatis ex paſ
ſione dn̄i pꝛopagate ad deum patrē aſcendūt ⁊ nos
ad coꝛonam trinitatis ꝓuehūt ideoqꝫ ſacerdos thu
rificat in modum crucis ⁊ coꝛone ſi ſemel thurificat
recolit vnicā paſſionē. ſi aūt ſemel coꝛonat vni⁹ dena
rij retributionē. Si vero ter: eternitatis in paſſione
operationem ⁊ triuꝫ oꝛdinū gloꝛificationē: ideo thu
rificās ait. Dirigať oꝛatio mea ſicut incenſum in cō
ſpectu tuo. ⁊. e. m. m. ſa. ve. Moꝛaliter aūt incenſum
deuotionis adolenduꝫ eſt in thuribulo coꝛdis igne
charitatis: vt odoꝛē ſuauitatis emittat. vtꝫ tā nos
ꝙ oblatio noſtra ſimus bonus odoꝛ deo: de quo di-
cit ſcriptura. Fungi ſacerdotio ⁊ habere laudem in
nomine ipſius ⁊ offerre illi incenſum dignū in odoꝛē
ſuauitatis. Hoc enīꝫ incēſum ſacerdos incipit. i. xp̄s
acceptat ⁊ incēſat ex eo ſacrificium ⁊ altare. Poteſt
etiam dici ꝙ thuribulum quod oblationi ſacerdos
ſupponit ſignificat xp̄m per quem petit vt ſibi ꝓpi-
cietur deus. Sane omnib⁹ defertur incēſum vt oſtē
datur ꝙ omnia a ſacerdote facta ptinēt ad deū. vn̄
pſalmiſta. Dirigať domine oꝛatio mea ſicut incēſuꝫ
in conſpectu tuo. Niſi in miſſa pꝛo defunctis vt dice
tur in ſeptima parte ſub titulo de officio moꝛtuoꝝ.
In concilio rothomageñ. in burcardo li. iij. c. vt tem
poꝛe. ita legiť. In tempoꝛe quo legiť euangeliū fini
to euangelio ſuper oblationē incenſum in moꝛē vi-
deliꝫ redemptoꝛis noſtri ponať decernim⁹. Leo etiā
papa ſtatuit incenſum ſuper oblatā poni. quidā ta-
men heretici garriunt non eſſe in miſſa thurificādū.
qm̄ xp̄s in cena terrenum incenſum non fumigauit.
⁊ Eſa. Incēſum eſt abhominatio mihi. Quare alta
re ⁊ crucifixus thurificātur dictū eſt ſub ti. de aque
benedicte aſperſione. Poſt thurificationē iteruꝫ di-
gitos lauat: ne vlterius vſqꝫ poſt cōmunionem cum
eis cum quibus ſacram hoſtiam tractare habet ali-
quid tangat: ſed poſt eius eleuationem eos iungat
vt diceť ſub. viij. particula canonis. Miniſter quo-
qꝫ epiſcopi trahit: ⁊ ſuper bꝛachia eius infoꝛmat pla
netā ⁊ alia indumēta. nā ⁊ legalis ſacerdos dū ſacri
ficabat ſūmitates balthei ſup humerū reflectebat.

De inclinatione ſacerdotis ⁊ oſculatione altaris ac oꝛatione. Rubꝛica.

Thurificationis expleto myſterio ſa
cerdos ſe inclinando dicit. Suſcipe
ſancta trinitas ⁊c. quod ſumitur de
iij. Dan̄. vt videlꝫ hoſtiaꝫ offerat ex
pinguedine charitatis vt ſit dignus
ad ſacrificium immolandū. Sacer-
dotis inclinatio chꝛiſti humilitatē ſignificat qui exi
naniuit ſemetip̄m foꝛmam ſerui accipiens fact⁹ obe
diens vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem autem crucis. qui ēt
inclinans ſe ad pedes diſcipuloꝛum poſt ſacramen-
tum in cena traditum oꝛauit ad patrem. Poſtea ve
ro ſe erigens oſculatur altare ad notandum ꝙ per
paſſionem chꝛiſti populus liberatus eſt ⁊ deo patri
reconciliatus. vnde apoſtolus ad ephe. ij. Faciens
pacem vt reconciliet ambos deo in vno coꝛpoꝛe. Cō
ſequenter ſacramentum incepturus oꝛat primum ꝓ
ſe: deinde pꝛo populo. Conuertens enim ſe ad illuꝫ
ſub ſilentio dicit. dominus vobiſcum: ſicut dictū eſt
ſub titu. de ſalutatione. ⁊ mox voce aliquantulū ele
uata vt oꝛatio omnium auxilietur ei quaſi non pꝛeſu
mens ꝙ ſolus poſſit tantum myſterium exequi mo-
net illum dicens. Oꝛate pꝛo me fratres ⁊c. et ego ꝓ
vobis in quo ſignificatur illud quod chꝛiſtus diſci-
pulis ſuis dixit. Luce. xxij. Oꝛate ne intretis in ten
tationem: ⁊ ibideꝫ. Ego pꝛo te oꝛaui petre. Monet
autem oꝛare vt ſacrificiuꝫ fiat deo acceptabile. ⁊ po
pulus debet ſimiliter ſecrete oꝛare reſpōdens. Me
moꝛ ſit dominus omnis ſacrificij tui. ⁊ holocauſtum
tuum pingue fiat vel reſpōdet. Suſcipiat dominus
ſacrificium ⁊c. vel dicat. Spiritusſanctus ſuperue-
niat in te. vel illud. Mittat tibi dominus auxilium
de ſanc. vel immola deo ſa. lau. Debemus enim ſinul
cem oꝛare ſecundum apoſtoluꝫ vt ſaluemur. Oꝛauit
enim chꝛiſtus pꝛimum pꝛo ſe. Pater inquit venit ho
ra: clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te
deinde pꝛo populo dicens. Pater ſancte ſerua eos
quos dediſti mihi: vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. extra de
ſumma trinitate capi. ij. Dicturus ergo. Oꝛate pꝛo
me fratres. ſe vertit ad populum. quia ipſum diſtin-
cte alloquiť: ſed dicturus. oꝛemus. poſt dominus vo
biſcum. ſe ad altare conuertit: quia tunc non diſtin-
cte: ſed per modū ꝯceptionis ad aliquid excitat ad
ſecū oꝛandū ſeu gratias referenduꝫ. Monito itaqꝫ
populo ſacerdos ſtatim reuoluiť ad altare per ſini-
ſtram partem: ꝓut ſub titulo de ſalutatione ad po-
pulum dictum eſt: et tunc tandem dicit oꝛationem
quam intermiſerat ab offertoꝛio citra quando dixit
Oꝛemus. Ad notandum ꝙ chꝛiſtus iterum rediit

hieroſolymam ad domum oꝛonis quam ad tempus deſeruerat cum ſucceſſerat in effrem. Sic eñ legit̃ in euangelio. Cũ veniſſet ieſus hieroſolymã intrauit in templum ⁊ eiecit ementes ⁊ vendentes de tẽplo dicens. Domus mea domus oꝛonis vocabitur. Inſtat eñ ſacerdos oꝛonibus ne idignus inueniatur: vt oza qui tetigit temere archam dñi ⁊ pcuſſus eſt a dño: nec legit̃ aliud feciſſe niſi vxorem pꝓpriam cognouiſſe in nocte pꝛecedenti. Bethſamite quoq́ꝫ quia temere voluerunt archam dñi tangere: occiſi ſunt de pplò. lxxviij. de plebe quinquaginta milia pꝛecioſa archa eſt calix dñi. Oꝛat aũt voce demiſſa pꝛimo ne vileſcat officium miſſe: ⁊ ideo oꝛatio ipſa: quia ſecrete dicitur a quibuſdam ſecreta: a quibuſdam ſecretella ad differentiam maioꝛis ſecrete: a quibuſdam v̉o ſacra vocatur. de quo ⁊ de hmõi ſilẽtio ſub titulo de ſecreta dicetur vt dictum eſt ſub titulo de offertoꝛio. Scd̃o oꝛat in ſiletio vt deuotius oꝛet ne cogitet quomodo eius vox ⁊ coꝛpoꝛis compoſitio placeãt pplò: q: ⁊ dñs elongatus eſt a diſcipulis quantũ ꝯtinet iactus lapidis vt oꝛaret. Tertio in hoc ꝙ ſecrete oꝛat ſignificat ſecretas pꝛeces chꝛiſti dicentis. Pater ſi fieri põt tranſeat a me calix iſte. Matth. xxvj. Quarto hoc ſilentium recolit ſacramentum in ſacrificijs patrum abſconditũ: vt in Abel Iſaac in agno paſchali: in vitula ruffa: in hyrco emiſſario. Quinto in hoc repꝛeſentat̃ ſilẽtiũ qd̉ dñs habuit in paſſione: quia tanꝗ̃ ouis ad occiſionem ductus eſt: qd̉ ⁊ martyres imitati ſunt. Vñ non murmur reſonat non querimonia ⁊c̃. Sexto iõ oꝛationes que poſt oblationẽ ſequunt̃ in ſilentio ⁊ ſecrete dicunt̃: quia iudei poſt ſuſcitationem lazari voluerunt occidere ieſum ille v̉o abſcondit ſe in ciuitatem effrem in ſolitudine ⁊ tacuit a pꝛedicatiõe ⁊ miraculoꝝ operatione vſq́ꝫ ad ſabbatũ ramis palmarum quo venit in domo ſymonis lepꝛoſi: et tunc pꝛedicauit aperte. ad quod deſignandum ſacerdos in fine ſecrete eleuat iterum vocem dicens palam ⁊ alta voce. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. qd̉ expoſitum eſt ſub titulo de oꝛatione. Scd̃o dicitur alte. Per omnia. ad notandum ꝙ poſt reſurrectionẽ chꝛiſtus pꝛedicauit aperte. Tertio quia eſt pꝛincipiũ ſequentis oꝛationis: vt iam dicetur. Quia v̉o querit aſſenſum populi ⁊ confirmationem: quia ipſe eſt quaſi legatus populi: ideo populus aſſentiens voci eius dicit amen: quia ſeculum per ipſum creatum eſt. Ad huc dicturus Per omnia ſecula ſeculoꝛum deponit manus ſuper altare. Pꝛimo ad notandum ꝙ omnẽ cogitatum tempoꝛalem deponit et ſe totaliter deo committit immolationi dũtaxat tota mente intendẽs. Scd̃o manus deponit: cum eñ nũc ad coꝛdis eleuationem: ⁊ ad gratiarum actionem inuitet: et eleuationem coꝛdis per contemplationẽ pꝛecedere debeat exercitium bone operationis quã manuum depoſitio ſignificat: de qua operatione poſtea gratias referimus ei qui in nobis incipit opus bonum vt perficiat ſicut dicit apoſtolus. idcirco tunc manus deponit.

¶ De pꝛefatione. Rubꝛica.

ram: hoſtiam ſctām: hoſtiam immaculatam .i. eucha
riſtiam immunem ab omni culpa originali veniali: ꝛ
criminali. Vñ dicat̄ hoſtia dcī eſt in ſexta ꝑticula ſu
per v̄bo. Qui p̄dic vel purā quātum ad cognitio-
nē quaſi puro corde ſanctam ꝙ tum ad locutionem
immaculatam ꝙ tum ad opationem. q: pctm̄ nō fe-
cit nec inuētus ē dolꝰ in ore eius ſupple hoc eſt panē
ſctm̄ .i. ſctificantē ſup. datoꝛē vite eterne ꝙ tū ad ſto
lam carnis. ꝛ calicem ſalutis ꝑpetue ꝙ tum ad ſtolā
aie ſꝫm illud. Ego ſum panis viuus q̇ de celo deſcen
dit. ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in eter
num. Poſſunt ēt ſcđo modo ħ v̄ba exponi. vt videlꝫ
xp̄s dicat̄ hoſtia pura: q: ꝯceptus ē ſine pctō. dicat̄
panis vite eterne: q: refectio angeloꝝ ꝛ calix ſalutꝭ
ꝑpetue: q: refectio ē hoīm. Vel tertio mō hoſtiā pu
ram: q: xp̄s oblatus ē vt nos liberaret de feditate
originalis pctī. Sctām q: vulnerat' ē vt ſupfluerēt
ſacra q̇bus eccl̄ia ſctificat̄. Immaculatā q: mortu
us ē vt nos liberaret de morte eterna. Panem vite
eterne. q: ē nr̄m viaticū ꝗlivia. Et calicem ſalutis ꝑ
petue. q: eſt refectio angeloꝝ inebriās in pr̄ia. Vel
ſic ꝗrto modo de tuis donis ac datis. Dona ſunt in
re eterna: data in opa tpalium. Offerimus hoſtiam
puram .ſ. corpˀs. hoſtiam ſctām .ſ. ſanguinem hoſtiā
immaculatam quo ad vtrūꝗ. Vel puram .i. ab aliis
ſepatam. ſctām .i. ſctificatam immaculatam .i. a ma-
culis emūdatam. hoſtiam de corde puro ꝯſcīa bona
ꝛ f. de nō ficta. Sequit̄. Supra q̇ ꝛc. Cū āt orauerit
ꝓ hoſtia trāſſubſtātiāda cāꝗ iam tranſſubſtātiatā
pr̄i obtulerit: nūc orat ꝑ ipſiꝰ accep atōe vt eā ad in-
ſtar antiquoꝝ ſacrificioꝝ acceptet ꝓpitio ſu.. nobis
ac ſereno vultu .i. reſpectu placabili digneris reſpice
re nō ꝙ vultus eius mutet̄ aliqñ: ſed tunc deus vul
tum ſuum ſup nos illuminat ꝛ ſerenat cū miam ſuā
ſup nos exhibet ꝛ declarat ſꝫm illud pſ. Illuminet
vultū ſuū ſup nos ꝛ miſereat̄ nr̄i. Itē p ħ ꝙ dicit di-
gneris reſpicere: notat̄ ꝙ ſacerdos noſter vultum
hꝫ v̄ſum ad ꝓpiciatoriū. de quo in ꝓhemio huiꝰ par
tis dctm̄ ē. ꝛ tunc aſpgit intus tabernaculū dū ꝑ dei
miam ꝗrit eius ꝓpiciationē vt hēat deus illa mune
ra accepta ſicut habuit mūera abel iuſti. Vñ ſequit̄
Sicuti accepta habere dignatus es munera abel
ꝛc. Hoc aūt aduerbiū ſicuti ſilitudinem innuit non
exp̄mit quātitatē. Multo q̇ppe acceptius ē ħ ſacri-
ficium deo ꝙ qđ obtulit abel: qđ obtulit abraā: qđ
obtulit melchiſedech. valꝫ amplius res ꝙ vmbra ve
ritas ꝙ figura. ipam ḡ ſilitudinē magis ꝙ quātita-
tem debemꝰ attēdere. offerēdo igit̄ ſiles ſumꝰ abel
ſi recte q̇dē offerētes: recte nihilominus diuidamꝰ
qđ q: cayn nō egit peccauit: ſua nāꝗ recte cui de-
bebat obtulit deo. ſꝫ retinēs ſibi ſeipm ꝛ coꝝ ſuū ſub
trahēs deo male diuiſit abel aūt acceptū deo intus
in corde obtulit holocauſtū: q: nō ſe ſibi retinuit ſed
deo totū ſubdit ꝛ impēdit. Et ideo legit̄ i Geñ. Re
ſpexit deus ad abel ꝛ ad munera eius: ad cayn v° ꝛ
ad munera eius nō reſpexit. xiiij. q. v. ſcriptum. Priꝰ
reſpexit ad abel ꝛ poſtea ad munera eius: q: nō offe
rēs a muneribus ſꝫ munera ab offerēte placuerunt.
Siliter ꝛ abraā egregius fide totū ꝑus ſe offerebat
altiſſimo ꝛ ꝓpterea cū ſua duceret offerēda placidas
ei hoſtias offerebat. qđ vt nos ſciētes imitaremur
paternos ab illo deus exigit affectus. Tolle inquit
filium tuum vnigenitum quem diligis yſaac ꝛ offer
eum in holocauſtum ſuper vnum montium quē mō-
ſtrauero tibi. Statimꝗ promptum ꝛ obediētem inue
nit. Imo nobis oſtendit melchiſedech quoꝗ niſi ſe ꝑ
us acceptum deo ſacrificium obtuliſſet futuroꝝ cāſ
minime p̄uidiſſet: quarum intuitu myſticum panis
ꝛ vini p̄mus obtulit ſacrificiū. erat em̄ ſacerdos dei
altiſſimi. Noīantur igitur iſti tres patres veteris te
ſtamēti. q: illi ex eoꝝ ſacra ſpecialius ceteris ħ ſacrm̄
p̄ſignauerunt. Quid em̄ ꝑ munus abel offerentis de
primogenitis gregis niſi xp̄s primogenitus in mul
tis fratribus exp̄mitur q̇ malicioſe occiſus ē a pplˀo
iudeoꝝ. ſicut ille inuidioſe a fr̄e ſuo. Nam ſꝫm Apo.
Ipſe eſt agnus dei qui occiſus eſt ab origine mundi
Quid per ſacrificium abrahe dilectum ꝛ vnicum fi
lium offerentis niſi xp̄i paſſio deſignat̄. de quo dicit
aplˀs ꝓprio filio ſuo nō pepcit deꝰ: ſꝫ p nobis oībus
tradidit illum. Hic eſt inquit filius meus dilectus
i quo mihi complacui. Oblatio quoꝗ melchiſedech
tam proprie nouum ſacrificium p̄ſignauit. vt inde
p̄dictum ſit. Tu es ſacer. inet̄. ſꝫm or. melch. qui ſꝫm
aplm̄ aſſimilatꝰ filio ꝑ omnia dei manet ſacerdos i-
perpetuū. Abel dr̄ puer non tam a pueritia ꝙ a pu
ritate. ſꝫm illud. Ecce puer meus dilectus quē elegi
poſui ſup eum ſpm̄ meū. Abraam dicitur pr̄iarcha
nō tam iſraelitice plebis ꝙ populi xp̄iani illius per
carnem huius per fidem. ſꝫm illud. Non vltra vocabi
tur nomen tuum abram: ſed appell beris abraam
q: patrem multaꝝ gentium conſtitui te. Melchiſe-
dech interpretatus eſt rex iuſticie. deinde rex ſalē .i.
pacis propter illud quod legit̄. Orietur in diebus eiꝰ
iuſticia ꝛ abundantia pacis donec auferatur luna.
Sanctum ſacrificium immaculatam hoſtiā hoc ad
didit in canone Leo pa. primus.

De nona particula canonis. Rubrica.

Supplices te rogamus ꝛc. Nona pars.
ponti fer vt ier iubebat ꝛ in ꝓhemio hu
ius partis dictum eſt aſpergebat tabu
las ꝛ arā ꝛ exterius ſacrum ſanguine pa
cificoꝝ xp̄s totiēs aſpgit pr̄ē ſāgui eꝗ

tiens cum placat per carnem aſſumptā.aram aſper
git qꝫ diu numerꝝ reſtaurat angelorꝝ. Exteriꝰ ſacruꝫ
aſpergit dū bom nos ſanctificat ⁊ patri qui ī terris
ſunt recōciliat. Sacerdos eoſdē aſpergit q: hoc ſa-
crificiū placat deum ⁊ ve niā impetrat ⁊ ſic etiaꝫ ſup
hos aſpergit, nā qui nos emūdat augmētat numerꝝ
ciuium ſupernorꝝ. Aſpergit etiā intus tabernaculuꝫ
put in pcedēti particula dictū eſt. Dū aūt hic nomi
nat ſublime altare:cōmemorat ſancta ſanctorꝝ. Sa-
ne hymno dicto poſt cenā exiuit ieſus in mōtē oliue
ti trans torrētem cedron ⁊ progreſſus puſillum ceci
dit in faciem ſuā orans ⁊ dixit. Pater ſi fieri poteſt
transfer calicē hūc a me. Sed ⁊ ſcd̄o ⁊ tertio abijt et
orauit eūdem ſermonē dicens:⁊ factus in agonia p
lixius orabat:⁊ factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſan
guinis decurrētis in terrā:tunc venit ad diſcipulos
ſuos dicens. Surgite eamus:ecce appropinqbit q̄
me tradet. Traditor aūt dedit eis ſignū dicēs. Quē
oſculatꝰ fuero ipſe eſt tenete euꝫ.⁊ ꝯfeſtim accedēs
oſculatus eſt eum. Quia ergo ieſus procedit orās ⁊
dicēs:pater ſi fieri ⁊c̄.iō ſacerdos ſe inclinans orat
⁊ dicit. Supplices te rogamus ⁊c̄.vel ſacerdotis in
clinatio ſignificat remiſſionē ſpūs xp̄i:put dictū eſt
in pꝫhemio canonis. De inclinationibꝰ dictū eſt ſub
titu.de ꝯfeſſione. Itē dicēs vt quotquot ex hac al
taris ⁊c̄. oſculaꝝ ſemel altare p qḋ reputaꝝ oſculuꝫ
pditoris poſtq̄ dn̄s ab oratione ſurrexit. Quidam
ter oſculanꝝ agētes gratias trinitati q̄ p paſſionem
dn̄i genus recōciliauit humanū. Alij bis ad notan-
duꝫ geminā in xp̄o naturā ſeu ipſiuꝫ in aīa ⁊ corpore
paſſuꝫ. Quia v̄o in agonia plixius orabat tertio di-
cens eundē ſermonē.iō ſacerdos facit tres cruces.
Primā ſup oblatā dicendo ſacroſanctuꝫ filij tui cor
pus.⁊ ſecundā ſup calicē dicendo:⁊ ſanguinē tertiā
ſignādo ſeipm̄ in facie dū dicit. Omni bn̄dictiōe ce
leſti:forte ppter ſudorē corporis crucē īprimēs ſup
corpus ⁊ ppter guttas ſanguinis crucē imprimens
ſup ſanguinē.⁊ q: pcidit in faciem ſuā orans:iō im-
primit ſibi crucē in facie. Ul' potiꝰ crux que fit ſupra
corpus deſignat vincula q̄bus eſt ligatuꝫ corpꝰ.illa
que fit ſup ſanguinē deſignat flagella quibꝰ alliſus
eſt ⁊ ſanguis eductꝰ. De vinculis legiꝝ. Miniſtri iu
deorꝝ cōprehenderūt ⁊ ligauerunt:⁊ vincientes duxe
runt ⁊ tradiderūt pontio pylato. De flagellis legiꝝ.
Apphēdit pylatꝰ ieſum ⁊ flagellauit.cuius liuore
ſanati ſumus. Per tertiā v̄o crucē que fit in facie re
colitur illud qḋ expuebāt in facie eius ⁊ palmas in
facie eius dabāt ⁊ velātes faciē eius dicebāt.pphe
tiza nobis xp̄e q̄s eſt qui te pcuſſit. Tertio crux que
fit ſupra corpus martyriū xp̄i:que fit ſupra ſanguinē
martyriū ſctōrꝝ deſignat. Quarto due pme cruces ſi
gnificāt q xp̄s pro duobꝰ populis paſſus eſt. Tertia
que fit in facie q in corpore ſuo paſſus ē. Alij v̄o nō
faciūt pmiſſas duas cruces. Cōſiderare etiā oprꝫ
q ſacerdos dicēdo ſupplices ⁊c̄.ſtat inclinatus can
cellatis manibus ante pectus ad deſignādū q ora-
tionis humilitas p inclinat onē deſignata:tunc de-
mū ⁊ nō alias exaudiri digna ē ſi ex fide pcedat pe
ctoris id eſt mentis. Fide dico per dilectionem ope

rantem que operatio per manus intelligitur. Quia
v̄o quedaꝫ ſunt opera vite actiue:quedā v̄o vite cō
templatiue:ſed opa vite actiue quodāmodo cācella
tim ad opa cōtēplatiue vite ſicut ſiniſtra ad dextrā
cōparanꝝ eo q opera actiue ſicut ſuppoſita ſeu infe
riora ad opa cōtēplatiue ſuppoſita diſponūt ⁊ opa
cōtemplatiue ſicut ſuppoſita ⁊ altiora illa pficiunt et
ꝯfirmāt.ideo in ipa manuū cācellatione dextra ſup
poniꝝ ſiniſtre. Rurſus orat cancellatis manibꝰ ante
pectus quaſi ipo facto dicat. Obſecro te p crucē ⁊
paſſionē tuā vt iubeas hec pferri ⁊c̄. Cācellatio eñ
manuū paſſionē xp̄i figurat ⁊ dextra p qua reſurre-
ctio:leua p quā paſſio deſignaꝝ ſupponiꝝ:vt p h̄ xp̄i
reſurrectio a mortuis inuniaꝝ. Uerꝝ in nōnullis eccle
ſijs diaconus infra actionē lauat manus ſignificās
primo q pylatus ſe lauit cū ſe mūduꝫ a xp̄i ſanguie
pclamauit. vel ſcd̄o q nr̄a ſordida opa xp̄i paſſione
mūdanꝝ. Tertio q nullus niſi mūdus ad pcipiēda
fidei ſacramēta pcedat. Sequiꝝ. iube h̄ pferri ⁊c̄.
tante ſunt pfunditatis hec v̄ba vt intellectꝰ huma
nus vix ea ſufficiat penetrare.vn̄ beatus Grego.de
cōſe.diſ.ij.quid ſit ſanguis.⁊ in fine dialogi tanti ſa
cramēti dignus interpres de illis tanq̄ de re ineffa
bili pene ineffabiliter loquēs:quis inquit fideliū ha
bere dubiū poſſit in ipſa imolationis hora ad ſacer
dotis vocē celos apiri:in illo ieſu xp̄i myſterio ange
lorꝝ choros adeſſe:ſummis ima ſociari:terrena cele
ſtibus iungi.vnūqꝫ ex inuiſibilibꝰ atqꝫ viſibilibꝰ fieri.
Idem etiā alibi dicit. Uno eodēqꝫ tpe ac momēto
in celum.i.celeſtem naturā rapitur miniſterio ange
lorꝝ cōſociandū corpori xp̄i.ſ.myſtico.⁊ ante oculos
ſacerdotis ī altari videꝝ. Saluo tn̄ occulto celeſtis
oraculi ſacramēto poſſent hec v̄ba licet ſimplicius:
tn̄ ſecurius ſic exponi. Iube.i.fac hec ſcꝫ vota fide-
liū.i.ſupplicationes ⁊ pces pferri.i.preſentari p ma
nus ſancti angeli tui.i.p miniſteriū angelorꝝ q̄ ſunt
adminiſtratorij ſpūs ⁊ vota noſtra corā deo offerūt.
iuxta illud qḋ ait raphael angelus ad Thobiaꝫ.xij.
Quando orabas cū lachrymis ego obtuli orationē
tuā dn̄o. Ex hoc ergo euidenter apparet q angelus
ſacris myſterijs adeſſe credēdus eſt:nō vt cōſecret
q: hoc nō pōt.ſꝫ vt orationes ſacerdotis ⁊ populi deo
repn̄ſentet.ſm̄ illud Apoca. Aſcēdit fumus aromatū
in conſpectu dn̄i de manu angeli que ſunt orationes
ſanctorꝝ. In ſublime altare tuum ſup.hoc eſt in con
ſpectu diuine maieſtatis tue.i.in contēplatione ma
ieſtatis ⁊ curie tue celeſtis nā ipe deus diciꝝ altare
ſublime. Exo.xx. Nō aſcēdas ad altare meū per gra
dus.i.i trinitate nō facies gradus. Porro ſicut bea
tus Aug.determinat nō diciꝝ angelus offerre ora-
tiones deo quaſi tūc pmo deus nouerit quid velimꝰ
q: deus omnia nouit anteq̄ fiant:ſed q: neceſſe ha-
bet rōnalis creatura tpales cauſas ad eternitatem
referre ſiue petendo quid erga ſe fiat ſiue cōſulēdo
quid faciat:aut quid deo iubente implendū eſſe co
gnouerit hoc nobis vel euidēter vel latenter repor
tet. Poſſunt etiam ſecundo modo pmiſſa verba ſic
exponi. Omnipotens deus iube hec.ſcꝫ panem ⁊ vi
nū pferri.i.tranſmutari in ſublime altare tuū id eſt.

in corpus ꝛ ſanguinem filij tui ſuꝑ choros angeloꝝ exaltari: qꝛ corpus dn̄i dictū eſt altare. iuxta illud. Altare de terra facietꝭ mihi ꝑ manus angeli tui.i. ꝑ miniſteriū ſacerdotis. Nō em̄ ſm Augu. depoſcit ob aliud illic deferenda niſi vt intelligat̄ ꝙ illa fiāt idest tranſſubſtantient̄ in eo ſacerdotio.i.in ei⁹ myſterio virtute ſpū ſancti. Sed cū iam tranſſubſtantiate ſint: exponi poſſent tertio mō ſic. Iube hec.i. corpus xp̄i myſticū.ſ. eccl'iaꝫ xp̄i militantē ꝑferri.i. aſſociari in ſublime altare tuū.i. in eccl'iam triumphantē que dr̄ altare ſm illud Leuit. Ignis in altari meo ſemꝑ ardebit.i. feruor charitatis in eccleſia triūphanti. ꝛ hoc ꝑ manus angeli tui.i. ꝑ opationē ꝛ virtutē xp̄i filij tui qui eſt magni ꝯcilij angelus. Eſa.ix. Ipſe em̄ corpus ſuū myſticū deo patri coniungit ꝛ eccl'ie triumphanti. Quarto modo hic angelus magni ꝯcilij: ꝯciliarius ille cui⁹ ꝯcilio pater mundū creauit ꝛ creauit ſublime altare in ꝯſpectu dei eſt chriſtus crucifixus ſedens in dextra patris. Igitur angelus fert hec ſacramenta in ſublime altare in ꝯſpectu dei dum cicatrices oſtendens interpellat apud patrē pro nobis hec ſacramēta ꝯficientibus. Que vō ſint illa que petit in ſublime altare ꝑferri determinat dn̄s dicens. Ut quotquot ꝛc̄. ꝑ hoc em̄ demonſtrat̄ corpus xp̄i myſticū: quod xp̄s quotidie ad ſe trahit ꝑ membra. Unde Hiero. Patrem vocabis me ꝛ poſt me ingredi nō ceſſabis.

¶ De decima parte canonis. Rubrica.

Memento etiam dn̄e ꝛc̄. Decima pars. Hec coniunctio etiā ꝯtinuat ſequētia proxime p̄cedentibus vel dici pōt ꝙ ſuperfluit. Nam in antiquis codicib⁹ precedebat imediate quedam orōo incipiens. Memēto mei queſo dn̄e ꝛc̄. in qua ſacerdos pro ſe orabat vt digne poſſet offerre. Uñ tunc recte ſequebat̄. Memento etiam dn̄e famu. ꝛc̄. Sed qꝛ in multis modernis codicibus oratio illa non inuenitur. ideo ſm illos iſtud etiam ſuꝑfluit: vel qd̄ melius eſt reſpicit aliud. Memēto qd̄ precedit in quo rogauit pro viuis. hic aūt orat pro defunctis. Orat ergo pia mater eccl'ia non ſolū pro viuis: verūetiā pro defunctis ꝛ eos deo patri ſacre oblationis interceſſione cōmendat certiſſime credēs ꝙ ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem pctōꝝ: non ſolū ad ſalutē viuentiū: verūetiam ad abſolutionē valeat defūctoꝝ. ideoqꝫ Cabiloñ. conciliū. de ꝯſe. di.j. viſum. ſtatuit vt in oībus miſſarū ſolēnijs loco cōpetenti: videlꝫ in hoc loco ſecrete vel in diebus non ſolēnibus. In dn̄ica em̄ die ob reſurrectionē dn̄icam anime: requiem credunt̄ hic eccl'ia ꝑ defunctis dn̄m deprecet̄. iuxta illud Aug. Non ſunt pretermittende ſupplicationes pro ſpiritibus mortuoꝝ quas faciendas pro oībus in chriſtiana catholica ſocietate laudamus. Et quia qn̄qꝫ deſunt defunctis parentes filij cognati et amici q̄ ſupplicationes pro eis effundāt vna ꝛ pia mater.i. tota eccl'ia oēs defunctos ſub gn̄ali cōmemorōe ſuſcipit tacitis illoꝝ nominibus ꝛ eis exhibet communionem. Innocen. quoqꝫ papa ſtatuit eadē di. de nominibus vt ante ꝯſecrationem hoſtie non recitentur cōia defunctoꝝ. poſſent em̄ ꝑplo recitari: ſed deo quē nihil latet neceſſe non eſt: qui cū ſigno fidei nos p̄ceſſerunt ſcꝫ ad dn̄m. xiij.q.ij. ꝙ prepoſterū. in fi. nō ꝙ ibi ſit fides aut ſpes vbi ſpes eſt ꝛ res. nam fides euacuat̄: charitas nunꝙ̄ excidit. ſꝫ ſignū fidei pro caractere fidei chriſtianitatis accipitur. de pe. di.ij. charitas. quo fideles ab infidelibus diſcernunt̄. ſm illud. Audiui numeꝝ ſignatoꝝ cxliiij. milia ſignati ex om̄i tribu filioꝝ iſrael. ꝛ dormiunt in ſomno pacis ſm illud In pace in idipſum dormiā ꝛ requieſcam. Frequēter em̄ ſacra ſcriptura defunctos dormientes appellat pro eo: qꝛ ſicut dormientes euigilant: ita mortui reſurgent ꝑpter qd̄ dicit apoſtolus. Nolo vos ignorare de dormientibus vt non ꝯtriſtemini: ſicut ꝛ ceteri qui ſpem nō habent. Et dn̄s inquit in euangelio. Lazarus amicus noſter dormit. Ipſis dn̄e ꝛ omnibus in chriſto quieſcentibus: in hoc loco ſacerdos quoꝝ maluerit defunctoꝝ dꝫ agere memoriā ſpālem. Finita eſt em̄ memoria morꝭ dn̄i: ꝛ ideo ſequit̄ mors noſtra: xp̄s preceſſit: ꝛ nos eius veſtigia ſequimur. In chriſto quieſcentibus. Sed nonne qui deceſſerūt cum fide ꝛ dormiunt in ſomno pacis de quibus premiſſuꝫ eſt quieſcunt in chriſto: ꝛ ſic videt̄ hoc ſuperfluere. Sꝫ quia ſacerdos poſt verba illa in ſomno pacis fecerat ſpālem memoriā pro aliquibus: ideo ſubijcit ꝑ ipſis dn̄s: ꝛ mox non incōpetenter ſupponit clauſulam generalē: ꝛ oībus in xp̄o quieſcentibus. de quibus premiſerat. Hic aūt vocant̄ quieſcētes in xp̄o qui in charitate mortui ſūt: hn̄tes tn̄ aliqua purgabilia eo ꝙ non plene ſatiſfecerunt pro peccatis confeſſis: ꝑpter qd̄ ad locū purgatorij deſcenderūt vbi exiſtentes ſuffragio indigent eccl'ie militantꝭ tanꝙ̄ nondum hn̄tes in re pacem ꝛ refrigerium glorie: lꝫ habeant incerta ꝛ infallibili ſpe locū refrigerij in q̄ non eſt ardor penaꝝ: lucis in quo nō eſt obſcuritas tenebraꝝ: ꝛ pacis in quo non eſt ꝯflictus pugnarū. Nam abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eoꝝ: ꝛ iam non erit amplius neqꝫ luct⁹ neqꝫ clamor ſed nec vllus dolor: qm̄ priora tranſierunt: ſed delectabunt̄ in multitudine pacis cum placebūt coram dn̄o in regione viuentium. Paradiſus dicitur ergo locus refrigerij ꝑpter ardorem ignis purgatorij ꝑ quē anime tranſierunt. Iuxta illud p̄s. Trāſiuim⁹ per ignem ꝛ aquā ꝛc̄. Locus lucis contra tenebras inferni: de quibus Matth. xxiij. Mittite em̄ in tenebras exteriores. Locus pacis ꝑpter mentis trāquillitatem que eſt ibi ꝯtra vermem ꝯſcientie coꝝ qui ſalui non erunt. Unde Eſa. Uermis eoꝝ nō morietur nec ignis eoꝝ extinguetur.

¶ De vndecima parte canonis. Rubrica.

Nobis quoqꝫ ꝛc̄. Undecima pars hꝫ aūt oratio ꝯtendit̄ vſqꝫ ꝑ oīa ſecula ſcl'oꝝ. Et hec v̄ba ꝑferēdo ſacerdos paululū expſſa voce ꝑcuſſo pectore ſilentiū interrūpit repreſentās cōtritionem ꝛ cō

feſſioneꝫ latronis in illo paſſionis dñice articulo in
crepantis alteꝝ ⁊ dicentis. Nos digna factis reci-
pimus: hic aũt nihil mali geſſit: ⁊ dicebat ad ieſum
Luc.xxiij. Dñe meméto mei dum veneris in regnũ
tuũ: ꝓpter qd̓ dixit illi ieſus. Amen dico tibi hodie
mecũ eris in paradiſo. Rurſus ꝑ exaltationẽ vocꝭ
⁊ ꝑcuſſionẽ pectoris exprimit̃ illud qd̓ centurio ⁊ q
cum illo erant viſis his que fiebãt, timuerũt valde
dicentes. Vere filius dei erat iſte et oĩs turba que
ſimul aderãt ad ſpectaculũ illud ꝑcutientes pecto
ra ſua reuertebant̃. Noti ṽo eius et mulieres que
chriſtũ ſecute fuerãt a galilea ſtabãt a longe hec vi
dentes quos ſignificãt miniſtri ſcꝫ diaconus ⁊ ſub
diaconus retro ſtantes qui ad hãc vocẽ erecti in os
ſacerdotis vel epĩ intuent̃. Premiſſa aũt pectoris
vnica tonſio ſignificat ꝙ ſm apoſtolũ ad roma.vij.
Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: et
fit cũ tribus digitis: ſcꝫ ſine pollice ⁊ indice vt trini
tas in vnitate notet̃. Pectoris quoqꝫ tonſio qñqꝫ
penitentiã deſignat: ꝓut ſub titulo de ꝯfeſſione di-
ctum eſt. ¶ Peccatoribus: ideo dicit q: ſi dixerimꝰ
ꝙ pctm̃ non habemus noſmetipſos ſeducimus ⁊ ve
ritas ĩ nobis nõ eſt. de pe.di.ij. ſi enĩ inquit. Lꝫ enĩ
omni tpe debeamus et corde nos recognoſcere pec
catores.vj.di.teſtm̃. precipue tñ pro remiſſione pec
catoꝝ ſacroſanctũ myſteriũ celebramus. ¶ De mul
titudine miſerationũ tuaꝝ ſperantibus. Iuxta qd̓
pſal. inquit. Scd̓m multitudinẽ miſerationũ tuaꝝ
dele iniquitatẽ meam. Et nota ꝙ vna tm̃ eſt dei mi
ſericordia non aliud quidẽ ꝙ̃ ipſe miſericors: ſꝫ mul
ti ſunt eius effectus qui miſerationes dicuntur. vñ
Reminiſcere miſerationũ tuaꝝ dñe: ⁊ miſericordia
rum tuaꝝ que a ſeculo ſunt. Partem aliquã ⁊ ſocie-
tatem donare digneris: ſed cum ipſe deus ſit oĩa in
oĩbus ſalus ⁊ p̃miũ ⁊ gl̃ia ſinguloꝝ. iuxta illud. Sa
lus ꝑpl̃i ego ſum. qd̓ eſt qd̓ d̓ aliquã ſocietatem ⁊c̃.
tanꝙ̃ non oẽs ſint eundẽ denariũ accepturi. Sane
lꝫ vnũ ⁊ idem ſit premiũ ſinguloꝝ: videlꝫ ipſe deus
in cuius cognitione ſalus eterna ꝯſiſtit. ſm illud qd̓
ipſe dicit in euangelio. Hec eſt vita eterna vt cogno
ſcam te veꝝ deũ: ⁊ hunc quẽ miſiſti ieſum chriſtum:
tñ ſm differentiã meritoꝝ alij plus: alij minus diui
na viſione fruunt̃. Nam ⁊ ſtella differt a ſtella ĩ cla-
ritate: ꝓpter qd̓ ipſe dñs ait. In domo patris mei
manſiones multe ſunt. de pe.diſ.iiij. in domo. ſicut
vnus ſol eſt cuius lumine participãt vniuerſi: alij
plus: alij minus ſm differentiã intuentiũ. ¶ Cum
ioh̓e ſtephano mathia. barnaba. In hac ſcd̓a com-
memoratione ſctõꝝ magna ex parte ſupplent̃ q̇ de
primitiuis ſanctis deeſſe videbant̃ in prima. Sed
quare ioh̓es repetit̃ ⁊ ſtephanus ſociatus ioh̓i pre-
mittit̃ mathie ⁊ barnabe apl̃is. Super hoc dici põt
ꝙ ioh̓es in p̃ma cõmemoratione diſponit̃ ⁊ cũ cete
ris numerat̃ ꝓpter dignitateꝫ apoſtolatus. In hac
aũt cõmemoratione repetit̃: ⁊ cũ ſtephano ſociatur
propter priuilegium celibatus. virgines enĩ ſunt et
ſequunt̃ agnum quocũqꝫ ierit: ꝓpterea ceteris pre-
mittit̃. Virginitas nãqꝫ ioh̓is inde maxime cõmen-
datur: q: chriſtus in cruce matrem virginem diſci-
pulo virgini cõmendauit: ⁊ ex illa hora accepit eam
diſcipulus in ſuam. Stephanis ṽo virginitas ex eo
maxime cõprobat̃: q: ipſe deputatꝰ eſt ſub apl̃is ad
miniſterium viduaꝝ ⁊ in eo ꝙ feminis eſt ꝑpoſitꝰ
teſtimonium meruit ſinceriſſime caſtitatis. Poſſet
aũt non euãgeliſta: ſed baptiſta ioh̓es intelligi niſi
premitteret̃: cũ tuis ſanctis apl̃is ac martyribus.
vñ ꝯuincit̃ ꝙ apl̃i tm̃ ac martyres ſubnotant̃: ꝙ̃uis
⁊ ioh̓es baptiſta merito poſſet inter martyres nu-
merari. Enumerat ergo ſacerdos ſanctos quoꝝ ſo-
cietatẽ petit: q: ⁊ ſacerdos legalis noĩa filioꝝ iſrael
habebat ſcripta vt ſupra dictũ eſt. Et aduerte ꝙ h̓
octo viri ⁊ ſeptẽ mulieres cõputant̃: q: ꝑ hoc ſacrifi
cium ſeptẽ cariſmata gr̃aꝝ ⁊ octo beatitudines ſũ-
gunt̃ in nobis. Sequit̃. Non eſtimator meriti: quia
non ſm exigentiam meritoꝝ retribuit: ſꝫ minus pu-
niendo vel magis remunerando ꝙ̃ quiſqꝫ meruit.
Unde non ſm peccata noſtra fecit nobis neqꝫ ſm
iniquitates noſtras retribuit nobis. ⁊ alibi. Men-
ſuram bonam ⁊ ꝯfertam ⁊ coagitatam ⁊ ſupeffluen
tem reddent in ſinum veſtrum. ¶ Per xp̃m dñm no
ſtrum. Hic non r̃ndet̃ amen. tum q: angeli qui ſem-
per aſſiſtunt r̃ndent ꝓut in fine tertie particule di-
ctum eſt: tum q: hec tacite dicunt̃: nec reſpondẽtes
audire pñt: tum q: verba ſequentia per quẽ oĩa ⁊c̃.
iſtis ꝯiungunt̃ ⁊ ab eis dependẽt: ita ꝙ nihil inter
poni põt. Hoc aũt loco bñdicunt̃ vue: ꝓut dicet̃ in
ſeptima parte ſub quinta feria cene dñi vbi agitur
de diurno officio. In canone apl̓oꝝ in burcardo.li.
v.c. offerri. ita legitur. Offerri non liceat ad altare
ſcꝫ ad bñdicẽdũ preter nouas ſpicas ⁊ vuas ⁊ oleũ
⁊ fabas ⁊ thymiama ad incenſum tpe quo ſctã ob-
latio celebrat̃. Sequit̃. Per quẽ hec oĩa ⁊c̃. ideo di
cit oĩa: q: per filium oĩa creata. vñ Iohan.i. Oĩa ꝑ
ipſum facta ſunt ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. ⁊ vidit
deus cuncta que fecerat ⁊ erãt valde bona. Creas
igitur condendo naturam: ſanctificas cõſecrando
materiam: viuificas tranſſubſtantiando creaturã:
benedicis accumulando gr̃am: ꝙ autem d̓ hec oĩa
eſt ſimplex pronominis demonſtratio ſicut tempus
verbi ꝯcluſum: nam pñs ꝯfuſum preſentis nõ tenet
vſum: ⁊ eſt ſenſus. hec oĩa. ſ. panẽ ⁊ vinũ aquã ſemꝑ
bona creas ſm cauſas canonicas primordiales: et
ſanctificas ſm cauſas ſacramentales viuificas vt
tranſeant in carnem ⁊ ſanguinẽ ⁊ bñdicis vt conſer
uent vnitatẽ ⁊ charitatem. ¶ Rurſus in eo ꝙ dicit
ſanctificas: notat̃ ꝙ quodcũqꝫ ſanctificat̃ ꝑ gr̃am
chriſti ſanctificat̃. De plenitudine eius oẽs accepi-
mus. vñ Io.xvij. Pater ſanctifica eos in veritate. i.
in filio. In eo ꝙ dicit viuificas. notat̃ quicqd̓ viui-
ficatur per filium viuificat̃. Io.xiiij. Ego ſum via ve
ritas ⁊ vita. viij. diſt. qui contempta. In eo ꝙ dicit
Benedicis: inſinuat ꝙ benedictio celeſtis dat̃ no-
bis per fructũ virginis benedictũ vel creas vt ſint.
ſanctificas tibi deputando: viuificas animando:
benedicis vt vtilia ſint: preſtas vt proſint. Fiũt aũt
tres cruces ſuper dictis verbis ſancti. viui. bene. in
quibꝰ eccl̓ia p̃mitiua repreſentat̃ que fidẽ trinitatis
ſuſcepit. De hoc tamen aliter iam dicet̃. Siquidem

ſacerdos dicturus ꝛ pſtas nobis vl' diaconus remo
uet corporale deſup calice:ad notandum ꝙ qñ xp̄s
emiſit ſpm̄ velum tēpli ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deor
ſum:ꝛ aperta ſunt nobis ea que prius obſcura erāt
in lege ꝛ clauſa:ſicut dicit in euāgelio de quibuſdaꝫ
ꝛ erat abſconditū verbū iſtud ab eis vbi em̄ ſumpto
accepto ɔſummatū eſt.reuelatū eſt.ꝛ calice diſcoop
to accipiēs hoſtiā dicit.Et preſtas nobis.Dubitari
aūt vidimus quare calix ꝛ nō hoſtia cooperitur.Ad
qđ quadruplex pōt ratio aſſignari.Primo.ppter pe
riculū:qꝛ ſanguis facili' poſſet recipe immūdiciaꝫ ꝙ̄
hoſtia.Scđo qꝛ in calice ꝛ ſanguie magis ſignifica
tur paſſio xp̄i ꝙ̄ in hoſtia.vñ illud.Pater ſi fieri po
teſt trāſeat a me calix iſte.ꝛ in canone in forma ſan
guinis ponit actus effuſionis.ibi.Qui pro vobis ef
fundetur ꝛc̄.qꝛ ergo in calice ꝛ in ſanguine magis ſi
gnificat xp̄s mortuus ꝙ̄ in corpore:iō ſicut ꝛ mortuus
pānis ꝛ lapidibus operitur.ita ꝛ calix panno ꝛ ſan
guis calice ꝛ corpali cooperit.Tertio ſanguis in ca
lice coopto repñtat corpus xp̄i in ſepulchro clauſo ꝛ
ſignato hoſtia vo corpus xp̄i extra ſepulchrū.Quar
to ſanguis xp̄i calice coopto repñtat xp̄i corpus in
ſyndone inuolutū.hoſtia vero nō inuolutū.Sequit
per ipm̄ ꝛc̄.Si abſqꝫ alicui' verbi vel tpis interpoſi
tione cōiungas pmiſſa vba per xp̄m dñm nr̄m.Per
quē hec omnia ꝛc̄.ꝛ facis punctū ibi.ꝛ pſtas nobis
plana eſt littera.Dic ergo per ipm̄.i.tanꝙ̄ p mediā
torem cū coequali:qꝛ ipſe eſt coequalis patri.In ip
ſo tanꝙ̄ in cōſubſtantiali:vel in ipſo.i.mēbris eius
in patre quippe notat autoritas ppter principiū.in
filio equalitas ppter medium.in ſpūſancto cōitas
ppter cōſortiū.Sane ſexta feria crucifixus eſt xp̄s
hora tertia linguis iudeorꝫ qđ narrat Marcus:ho
ra ſexta manib' gentiliū.qđ narrat Ioh.circa horaꝫ
autē nonā inclinato capite tradidit ſpiritū.Ad reco
lendā igitur crucifixionē hora tertia factam ex lin
guis iudeorꝫ clamantiū ter.Crucifige crucifige eū.
ꝛ rurſus.Tolle tolle crucifige eum.Sacerdos facit
tres cruces ſup oblatā ꝛ calicem dum dicit.Sancti
ficas.viuificas ꝛ bñdicis.Ad recolendā vero cruci
fixionē que poſt interuallū triū horaꝫ eſt facta ma
nibus gentiliū cum milites crucifixerūt ieſum.Sa
cerdos facit iterū tres cruces cū hoſtia ſup calicem
ſuper pmiſſis tribus verbis.ſ.per ipm̄ ꝛ cū ipſo ꝛ in
ipſo.Poſtmodū aūt ad deſignādū diuiſionē carnis
ꝛ anime dñi morientis facit duas cruces cū ipſa ob
lata in ore calicis dū dicit.Eſt tibi deo patri oīpotē
ti in vnitate ſpiritusſancti.Cum em̄ in xp̄o tres ſint
vnite ſubſtātie.vicꝫ diuinitas.corpus ꝛ aīa.due tm̄
ſcꝫ corpus ꝛ anima fuerūt in morte diuiſe nā diuini
tas a neutra eſt diuiſa ꝛ ſepata ꝛ ppterea nō tribus
crucib':ſed duab' mors dñi deſignat.Ceterū ſacer
dos faciēdo cruces:manus ſup menſaꝫ altaris extē
dit:qꝛ ꝛ xp̄s ſup arā crucis manus expādit.iuxta il
lud pphericū.Expādi manus meas ad ppl'm nō cre
dentē mihi.Scđo etiam pmiſſe tres cruces cū cor
pore ſup nudū calicē facte ſignificāt tres cruciatus
quos xp̄s in nuda cruce ſuſtinuit.vicꝫ paſſionē cor
poris ꝛ cōpaſſionē.paſſionē in corpore.ppaſſio
nē in mēte.cōpaſſionē i corde.De paſſiōe corpis ait
dñs p prophetā.O vos oēs qui trāſitis p viā attēdi
te ꝛ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.Foderūt em̄
man' meas ꝛ pedes meos ꝛ dinumerauerūt oīa oſ
ſa mea.De paſſiōe mētis dñs inquit apl's.Triſtis
eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē.Cepit ei ieſus tedere ꝛ pa
uere cepit ɔtriſtari ꝛ meſt' eſſe.Ex cōpaſſiōe vo cor
dis p crucifixorib' orauit ad prēm dicēs.Pat' igno
ſce illis qꝛ neſciūt qđ faciūt.Si ei cognouiſſent nū
ꝙ̄ dñm glīe crucifixiſſent:ꝛ ideo ſacerdos facit has
cruces cū hoſtia ſup calicē:qꝛ xp̄ ɔſuſtiuit hmōi cru
ciatus in corpe ſup patibulū.Per calicē ei paſſio de
ſignat vt iā dictū eſt.Tertio modo tres cruces cum
hoſtia ſup calicē facte ſignificāt fidē cēturionis di
cētis Mat.xxvi.Uere fili' dei erat iſte.ꝛ ita cogno
uit euꝫ vnū in trinitate ſcꝫ xp̄m deū ꝛ hoīeꝫ.Due ve
ro que fiunt in ora ſeu latere calicis deſignāt duo ſa
cramenta que de latere xp̄i pfluxerūt.vicꝫ aqua re
generatiōis ꝛ ſanguis redemptiōis.iuxta teſtimo
niū Io.dicētis.Unus militū lancea lat' ei' aperuit ꝛ
ɔtinuo exiuit ſanguis ꝛ aqua:ꝛ ideo imediate poſt
has duas cruces lat' calicis in quibuſdā eccl'ijs cuꝫ
hoſtia tāgit.p qđ pcuſſio lateris xp̄i cū lancea mili
tis deſignat.Quarto tres pmiſſe cruces in qbuſdā
eccl'ijs ita fiunt ꝛ bene.Nam pma que fit ſup per ip
ſam.fit ſupra os calicis exteri'.ſignificans ꝙ de' eſt
extra oīa nō excluſus.Scđa q̄ fit ſup cū ipo fit paꝝ
inferius ſub prima:vicꝫ a labio calicis in labiū ſigni
ficās ꝙ deus eſt ſup oīa non elatus.Tertia que fit
ſup in ipo fit īter os calicis circa mediū cōcauitatis
eius ſignificās ꝙ eſt inter oīa nō incluſus.Quarta
que fit ſuper deo patri.fit a medio oris calicis recto
dyametro ɔ faciē ſacerdotis:ſignificans ꝙ oīa que
in miniſterio miſſe occulte agunt in fine nobis ante
oculos ponent.Quīta que fit ſuper:in vnitate ſpiri
tusſancti.fit a latere calicis inter ipm̄ calicē ꝛ ſacer
dotem.vicꝫ deſcendēdo a ſummitate calicis contra
pedē ſignificās ꝙ deus eſt ſubter oīa nō cōpreſſus
ſeu pſtrat'.quidā tm̄ de his duab' vltimis nō faciūt
niſi vnam.Quinto dicte tres cruces ſignificāt tres
cruciat' quos xp̄s ſuſtinuit tribus tpibus:vicꝫ ante
mortē alapas:flagella:ſputa ꝛ hmōi.in morte cruci
fixionem:ꝛ poſt morteꝫ lateris pforationē.prima ſi
gnificat primū:ſecūda ſcđm.tertia tertiū.quarta ve
ro ſignificat ſeparationē anime a corpore xp̄i.quīta
deſcēſum in limbū vel cruciatū in pedibus.Sexto
quinqꝫ ordines ſignorꝫ que fiunt ante ſextum ſcilicꝫ
ante tactuꝫ calicis cum hoſtia qñ vicꝫ de duab' vlti
mis non fit niſi vna:ſignificāt quinqꝫ etates mūdi
que fuerūt ante xp̄i natiuitatem.Sextuꝫ vero vicꝫ
ipſe tactus ſignificat ſextuꝫ tp̄s ſcꝫ a xp̄i natiuitate
vſqꝫ ad finem mūdi.ipſe enim vnicus tactus ſignifi
cat dñm ſemel aſcēdiſſe crucē vt finē haberet.Ipſa
aūt res eſt cruciatus qui per dictas quinqꝫ etates
omnibus hominibus fiebat.¶ Notandum igitur
eſt ꝙ ſacrificium ſeptē vicibus ſignatur in canone.
Prima vice ter vbi dicit.Hec dona.hec munera ꝛc̄.
Secūda vice quinquies vbi dicitur.Quam oblatio
nem tu deus ꝛc̄.Tertia vice.bis.ſemel vbi dicitur.

Qui pridie ⁊c. Tibi grãs agens bñdixit ⁊c. ⁊ iteruȝ vbi dr̃. Simili modo ⁊c. Item grãs agens ⁊c. Quarta vice q̇nquies vbi dicit. Hoſtiam purã ⁊c. Quinta vice bis vbi dr̃. Sacroſctm̃ filij tui corpus ⁊c. Sexta vice ter vbi dr̃. Sctificas viuifi. ⁊c. Septia vice q̇nquies vbi dr̃. Per ip̃m ⁊c. prout in ipſis locis dictuȝ ẽ. Inter quas ſeptem vices ſacrificium ſignificatꝛ duabus vicibus bis: ⁊ duabus vicibus ter: ⁊ duabus vicibus q̇nquies. ſeptima v̊o vice bis ter. Signatꝛ ḡ ſimul omnibus vicibus iunctis q̇nq̇es q̇nq̆ q̄ ſunt ſimul. xxv. q̄ numerus ꝑ ſe dictus ſp̄ in ſeip̃m reducitꝛ ſi ducatꝛ in infinitum quãtũlibȝ em̃ multiplicetur eucharistie ſacr̃m ſp̄ eſt ideȝ ſacrificium Aug. tñ de cõſe. diſtin. ij. ſemel dicit ꝙ ſi tm̃ ſemel ſignum crucis fieret ſuper paneȝ ⁊ vinum ſufficere poſſet: q: ſemel dñs crucifixus ẽ. In h̄ ẽt ſacr̃o q̇nq̆ ſenſus corꝑis ſcȝ viſus auditus: guſtus: odoratus ⁊ tactus exercentꝛ. ſ. circa colorem: ſaporem: odorem: fractionem ⁊ ſumptionem vt q̇nq̆ ſenſus anime ſpũales exuberẽt ſcȝ viſus intelligentie: auditus obedientie: odorat⁹ diſcretionis: guſtus dilectõis. ⁊ tactus operis: de q̄bus reperitꝛ in euangelio. Dñe quinq̆ talenta tradidiſti mihi ecce alia quinq̆ ſuplucratus ſum: ſȝ ⁊ binarius ⁊ ternarius bñ ꝯgruit ſacr̃o. binarius ꝑꝑ carnẽ ⁊ ſanguinem. ternarius ꝑꝑ panem ⁊ vinum ⁊ aquaȝ. Item binarius ꝑꝑ duplicem modum edẽdi. ſ. ſacr̃alem ſub ſpecie panis ⁊ vini ⁊ ſpũalem in fide cordis. Et ternarius ꝑꝑ tria q̄ ſunt in hoc ſacr̃o diſcreta: videlȝ forma viſibilis vini ⁊ panis. vitas corꝑis ⁊ ſanguinis ⁊ virtus ſpũalis vnitatꝭ ⁊ charitatꝭ. de q̄bus dictum eſt in ſexta ꝑticula ſup v̊bo myſterium fidei vt ita ternarius binarium. i. fides trinitatis ꝑ dilectionem dei ⁊ proximi operetꝛ. Fiunt igitꝛ tres cruces q̄ q̄ttuor hñt angulos ſup ſacrificium. q: xp̃s dum in cruce pepẽdit q̄ttuor clymata mundi redemit. ⁊ ſeptem ordinibus ordinantꝛ: ad notãdum ſeptiformeȝ ſpũſſcti grãm q̄ in hoc myſterio neceſſaria eſt: ⁊ fere in quolibet ordine ꝑ numerum imparem ſignacula diſponũtꝛ: q: corpus xp̄i vnum manẽs nõ ſcinditꝛ ois bono: tanq̃ dño ⁊ glĩa tanq̃ deo. Seq̇tur. Per oia ſcl'a ſcl'oꝝ. nõ ſolum crucis imp̃ſſio: verũetiam vocis exp̃ſſio ⁊ pectoris percuſſio q̄ geſta ſunt iuxta crucẽ inſinuat. prout dictum eſt ſup v̊bo. Nobis q̄ꝫ. Q: ergo ieſus clamãs voce magna tradidit ſpm̃: ideo ſacerdos dicendo. Per oia ſecu. ſeculoꝝ. exaltat vocem ⁊ aliquãtulum calicem eleuat. Vel dr̃: alte ad incitationem ꝑpl'i ⁊ ſciẽs finem canonis r̃ndeat Amen. Vel id̃ q: cẽturio clamauit. Vere filius dei erat iſte. q: vero mulieres lamẽtabantꝛ flẽtes dñm. ideo chorus quaſi lamentãdo r̃ndet Amen. rep̃ñtans fideles q̄ dñs cõtrito corde lugebãt: velut quõdam abel inuidi frẽs furores occiſum ꝑentes eius lamẽtabantꝛ. Conſeq̄nter diaconus accedit ⁊ exaltatum parũper ſacrificiũ ſeu calicem cum corꝑe de altari tam ipſe q̃ ſacerdos deponit q: vt legitꝛ Joh. xx. Venerũt ioſeph ab arimathia ⁊ nichodemus ⁊ impetratum corpus ieſu a pylato deponẽtes ſepelierũt. Sacerdos ergo eleuãs nichodemum rep̃ñtat ipſa v̊o eleuatio xp̄i depoſitionem de cruce depoſitio collocationeȝ in ſepulchro demonſtrat. Et aduerte q: ſacerdos dicẽs. Preceptis ſalutaribus moniti: calicem ſimul ⁊ hoſtiam deponit. Ad cui⁹ rei euidẽtiã notãdũ eſt ꝙ xp̄i corp⁹ ⁊ ſanguis bis in ſexta feria eleuata ⁊ depoſita fuerũt ſemel in cruce eleuata de cruce ad terram depoſita ⁊ ſemel de terra eleuata ⁊ in ſepulchro collata. Primũ rep̃ñtatur in p̄ma eleuatõe ⁊ depoſitõe corꝑis ⁊ ſanguis xp̄i q̄ fit ſtatim poſt coꝝ ꝯſecrationẽ. alia rep̃ſentatꝛ in eleuatiõe ⁊ depoſitõe q̄ fit in hoc loco. Cõgrue igitꝛ dum hec v̊ba ꝓferuntꝛ fit corporis ⁊ ſanguinis eleuatio ⁊ depoſitio deſignãtes eleuationẽ corporis xp̄i de terra ⁊ locationem eius in ſepulchro. q: Joſeph q̄ illud de cruce de terra leuauit ⁊ in ſepulchro locauit monitus ⁊ inſtructus erat p̄ceptis ſalutarib⁹ xp̄i ſicut fidelis diſcipulus eius. Vñ de eo legitꝛ in marco. Et ipſe erat expectans regnum dei. Simul autem eleuantꝛ corpus ⁊ ſanguis iã conſecrata: q: ip̃e ioſeph vt aiunt q̇dam ſil' corpus cuȝ ſanguine in ſepulchro locauit. Adhuc in ipſa eleuatõe tenetur hoſtia cum q̄ttuor digitꝭ. Cum em̃ expectemus ⁊ neceſſe habeamus impetrare q̄ttuor p̄ncipalr̃ per merita paſſiõis xp̄i. ſ. ꝑtãtẽ ꝯ̄ diabolum humilitatẽ ꝯ̄ mundum caſtitatem ꝯ̄ corpus ꝓprium ⁊ ſubiectionem ⁊ dilectionẽ quo ad deum ⁊ proximum: ideo ad hoc rep̃ñtandum merito cum q̄ttuor p̄ncipalib⁹ digitis hoſtia tenetꝛ. Quedam tñ eccl'ie in tribus primis petitõibus dñice orationis tenẽt calicẽ eleuatũ ⁊ tunc calicis eleuatio aliud ſignificat. prout ibi dicetꝛ. In q̄buſdam ẽt eccl'ijs dum calix parũper ab altari eleuatꝛ. q̇dam puer ſtans vltimus poſt diaconum hñs capam ex tranſuerſo ad deſignandũ ꝙ caput. i. iudei expectãtes meſſiã. i. xp̄m cum iam venerit trãſuerſum. ẽ in caudam. Q: v̊o nicodemus ſepulto dño aduoluit ſaxum magnum ad hoſtium monumẽti: id̃ diaconus ſuper os depoſiti calicis corporale deponit. diaconus quoq̆ calicẽ cum corporali inuoluẽs rep̃ñtat ioſeph qui corpus dñi ſyndone munda iuoluit. Rurſus q: in pace factus ẽ locus eius: diacon⁹ ſm morẽ quarũdam eccl'iarum mẽſam oſculatꝛ altarꝭ ⁊ q: factus ẽ principatus ſup humerum eius: oſculatꝛ dextrum armum pontificis vt in vtroq̆ ſignificet xp̄m ⁊ q̇euiſſe poſt mortẽ. ⁊ viciſſe poſt morteȝ. Iuxta qd̃ ipſe p̄dixit in pſalmo. In pace in idip̃m dormiaȝ ⁊ req̇eſcã. ⁊ alibi. O mors ero mors tua morſus tu⁹ ero inferne. Xp̃us enim poſt mortẽ triumphauit de morte: nã ꝙ fact⁹ ẽ obediẽs vſq̆ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis idcirco deus exaltauit illum ⁊c. hoc ip̃m ẽt ſignificat ꝙ xp̃s ſibi crucem ſup humerum baiulauit. Scd̃o diaconus oſculãdo dextram ſacerdotis ſignificat ꝙ vult eſſe ꝑticeps laboris vt ſit ſocius eterne retributionis. Tertio per hoc innuit ꝙ ioſeph deponẽs corpus illud fuit oſculatus. In q̄buſdam eccleſijs ſacerdos hic ẽt hoſtiam oſculatur: innuẽs ꝙ nicodemus idẽ fecerit ꝙ ioſeph vel poti⁹ ꝑ dñi paſſionem factam eſſe noſtram reconciliationẽ. Poſt oſculum hm̃oi diaconus retrocedit a facie ſacerdotis repreſentans mulieres ſepulto dño a monumento recedentes.

¶ De pater noſter ⁊ eius expoſitõe. Rubrica.

S Ecundum eos,qui dicunt ꝙ tertia pꝫ
miſſe que dicitur poſtulatiões incipit
hic. Oremus p̄ceptis ſalutaribus ⁊c̄.
⁊ ꝙ durat vſqꝫ ad collectas. Hec pars
continet quinqꝫ clauſulas. Prima eſt
ipſa prefatio.ſcꝫ Orem⁹ preceptis:qd̄ addidit bea-
tus Greg. Secūda eſt pater noſter. Tertia. Libera
nos q̄ſum⁹ dn̄e. quarta. Pax dn̄i. Quīta. Fiat cōmi
xtio. Or ergo ieſus voce magna clamabat. In ma.
tu.do.cō.ſpi.me.iō ſacerdos ⁊ nō totus populus ꝑ
ut greci faciunt eleuata facie pnūciat. Oremus pre
ceptis ⁊c̄. nō em̄ dicit̄ ſub ſilentio:ſed palā q: eſt de
euangelio:ad notandum ꝙ rex celorū in noua lege
parum loquebat̄ ⁊ ſine velamine predicauit. Ad hoc
ideo hec dn̄ica oratio:⁊ etiam credo in vnum deum
alta voce dicuntur:vt omnes illam dicant ⁊ addiſ-
cant. Alia etiam ratio poſita eſt ſub titu. de predica
tione. Sed tertia clauſula.ſ. Libera nos ⁊c̄.ſub ſilē
tio dicitur inſignū ꝙ xp̄s interdū a p̄dicatiōe ſiluit
aliter tamen ibi dicet̄: ſed ⁊ ꝑferens. Pater noſter
⁊c̄. iterum ſicut prius extendit ac ſurſum eleuat ma
nus. Primo enim dicēs. Preceptis ſalutaribus ⁊c̄.
actus ioſeph. de quibus in precedēti colūna dictum
eſt:quos precepti ſa.mo. ⁊ diui.inſti.iformatos geſ-
ſit repreſentauit. Quia igitur doctrina audiēdo me
ditando ⁊ in quiete docēda eſt.v.q.iiij.in loco.ideo
verba iſta depoſitis ſup altare manibus protulit di
cens. Pater noſter ⁊c̄. xp̄m populū orare docērē re-
preſentās:ideoqꝫ moyſi orātis exēplo manus exten
dit ⁊ ſurſum eleuat vt feruorē cordis ⁊ rectā ad deū
intentionē oſtēdat.xxxvij.diſt.ſi quis vult. Rurſus
dicēdo. Preceptis ſalutaribus ⁊c̄. calicē ſimul ⁊ ho
ſtiam deponit vt premiſſum eſt. ❡ Sane legalis pō
tifex regreſſus ad populuꝫ lauabat veſtes immūdus
tn̄ erat vſqꝫ ad veſperaꝫ ſicut in ꝓhemio huius par-
tis dictum eſt. Sic ⁊ xp̄s qui intrauit in ſancta ſan-
ctoꝝ redit ad eccleſiam compatiēdo ⁊ auxiliādo:et
lauat veſtes ſuas:id eſt ſanctos mūdificat ⁊ tamen
vſqꝫ ad finē mēbris ei⁹ alique macule adherēt. Sa-
cerdos etiā redit ad populū q: dum rurſus alta vo-
ce multiplicat preces foras exire videtur: ⁊ precib⁹
velut aquis veſtimenta ſua:id eſt populum lauat ⁊
mūdat:⁊ tamen immundus iudicat̄.q: vſqꝫ ad mor
tem erit in omni homine quid lauet̄. Oraturus er-
go ⁊ oſtēſurus ſe cām ſuam agere coraꝫ deo ⁊ ea que
quotidie petere debeamus monet populuꝫ orare di
cens. Pater noſter ⁊c̄. que oratio habet̄ Matthei.
vj.c. Fiducialiter eniꝫ poſſumus vt filij patrē quos
ipſe dominus ad ſic orandum informauit ⁊ ipſe vice
vniuerſalis eccl̄ie quā repñtat orat ne tn̄ ſua auctē ⁊
q̄ſi p̄ſumptiue petere vr̄ q̄ſi loco pñtatiōis. p̄ceptis
ſalutarib⁹ ⁊c̄. Dicit aūt p̄ceptis ⁊ diuina inſtitutōe
q: dn̄s ⁊ hanc orationē inſtituit ⁊ apoſtolos ſic ora-
re precepit: ⁊ extunc maxime ꝓſtrati orare debem⁹
vſqꝫ in finem dominice oratiōis ſaltē in ꝓfeſtis die-
bus:in feſtiuis vero ſtātes. Tres aūt articuli ſequē
tes.ſ. Preceptis ſalutaribus. Pater noſter: ⁊ libera
nos ſignificant tres dies dn̄ice ſepulture:ideoqꝫ et
his dūtaxat vtimur in paraſceue. In q̄buſdā eccle-
ſijs dum ſacerdos dicit. Pater noſter a diacono: et
dum prelatus dat bn̄dictionem ſolēnem poſt pater
noſter:manus eius a diacono ⁊ ſacerdote ſuſtentat̄
in quo repreſentatur ꝙ hur ⁊ aaron ſuſtentabāt ma
nus moyſi orantis:de quo ſub ti. de oratione dictuꝫ
eſt. ❡ Beatus Grego. orationem dn̄icam poſt cano
nem ſuper hoſtiā cenſuit recitari aſſerēs in regiſtro
incōgruum eſſe:vt ſuper eucbariſtiaꝫ diceret̄ oratio
quā ſcholaſticus cōpoſuerat ⁊ illa omitteret̄ quam
dn̄s ipſe dictauerat ⁊ apoſtoli dicere cōſueuerant.
Et cantat̄ apud grecos a toto populo:ſꝫ apud nos
a ſolo ſacerdote. Illud notandū eſt ꝙ hec oratio ce
teras orationes propter quattuor antecellit.ſ.auto
ritate doctoris:breuitate ſermonis:ſufficiētia peti-
tionū ⁊ fecunditate myſterioꝝ. Autoritate doctoris
q: fuit ipſius ſaluatoris apoſtolos orare docētis ore
prolata. ⁊ inde dicit̄ oratio dominica. Breuitate ſer
monis:q: facile dicit̄ ⁊ profertur. Iuxta illud. Cum
oratis nolite multū loqui ⁊c̄. Sufficiētia petitionū:
quoniā vtriuſqꝫ vite neceſſaria continet. Fecundi-
tate myſteriorum:quia immenſa continet ſacramen
ta. Veruꝫ licet ſciat dominus quid velimus. vult ta
men nos orare vocaliter propter multa. Primo pro
excitāda deuotione:q: qd̄ facit flatus carboni:hoc
facit pronunciatio deuotioni:vnde ad ip̄m ore meo
clamaui ⁊ exaltaui ſub lingua mea. Scd̄o pro alioꝝ
inſtructione:vt cortina cortinam trahat:⁊ qui audit
dicat veni. extra de ſacra vnctio.c.j. Unde. Luceat
lux veſtra corā hominib⁹. Tertio ꝓ lingue obſequio
vt qd̄ lingua peccam⁹ lingua ſatiſfaciam⁹. Vn̄ ſicut
exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad ini
quitatem:ita exhibete ea ſeruire iuſticie in ſatiſfa-
ctionem. xlvij.diſtin.omnes. Quarto pro rei peten-
de commemoratione:quia facilius obtinetur quod
inſtantius poſtulatur. de peni.diſtinctio.j.importu
na. xliij.diſtin. ſit rector. in fine. Unde. Petite ⁊ acci
pietis:pulſate ⁊ aperiet̄ vobis. Quinto ꝓ impetra-
te rei cuſtodia:quia quod ſepius requiritur diligen
tius cuſtoditur. vn̄. Tene qd̄ habes ne alius accipi
at coronam tuam. ❡ Sane in hac oratione oratur ꝓ
bonis adipiſcendis ⁊ pro malis vitandis. Pro bo-
nis temporalibus ſpiritualibus ⁊ eternis. pro malis
preteritis preſentibus ⁊ futuris. De bonis eternis
dicitur. Adueniat regnuꝫ tuum. De bonis ſpiritua-
libus. Fiat volūtas tua ſicut i celo ⁊ in terra. De tē
poralibus paneꝫ noſtrum quotidianū da nobis ho-
die. Eterna petunt̄ in p̄miū ſpiritualia in meritum:
temporalia in ſuſtentaculū. De malis p̄teritis. Di-
mitte nobis debita noſtra ⁊c̄. De p̄ſentib⁹. Sꝫ libe-
ra nos a malo. De futuriſ. Et ne nos iducas ⁊c̄. Pre
terita ſunt dolenda:preſentia ſunt vincēda: futura
ſunt p̄cauenda. Septeꝫ ſunt orationis dominice pe
titiones preter captationē beniuolentie que ſignifi
cant ſeptem verba xp̄i in cruce. Primuꝫ fuit. Pater
ignoſce illis. Secūdū. Ecce mulier filius tuus. Ter
tiū. Ecce mr̄ tua. Quartū. Hodie mecū eris in para
diſo. Quintū. Eloy eloy. Sextū pater i man⁹ tuas.
Septimum. Conſummatū eſt. Vel ſignificāt ſepteꝫ
verba que tantū beata virgo legit̄ de chriſto dixiſ-

ſe primũ fuit diſcretus. Quomodo fiet iſtud. ſcdm humilitatis. Ecce ancilla dñi. tertiũ ſalutationis. Ecce vt facta eſt vox ſalutationis tue i aurib⁹ meis. quartũ grãꝝ actionis. Magnificat aĩa mea dñm. quintũ cõpaſſionis. Fili vinũ non hñt. ſextũ inſtructionis. Quodcũq; dixerit vobis facite. ſeptimum amoris. Fili quid feciſti nobis ſic. Prima aũt petitio eſt. Sanctificet nomẽ tuũ. Scda. Adueniat regnũ tuũ. Tertia. Fiat voluntas tua. Quarta. Panem nr̃m quotidianum. Quinta. Et dimitte nobis debita nr̃a. Sexta. Et ne nos inducas in tentationem. Septima. Libera nos a malo. Et he ſeptẽ petitiones ſm apl̃m. ſeptẽ poſtulatiões dicunt quaꝝ prime tres ſpectãt ad vitam eternã ſiue ad patriã: ꝛ ideo ſacerdos in quibuſdã locis eleuato calice dicit eas ꝛ prefationẽ preceptis ſalutarib⁹ ꝛc̃. dicens vo. Sicut in celo paꝝ magis eleuat illũ. ꝛ dicẽs et in terra. deponit illũ. Tres vltime ad pñtem vitam ſiue ad viam ptinẽt. ꝛ ideo depoſito calice dicit eas media vo. ſ. panem nr̃m ꝛc̃. ptinet ad vtrũq;. Porro tres pme ſuccedũt ordine tpis: ſed precedũt ordine dignitatis. Tres vltime ſuccedũt ordine dignitatꝭ: ſed precedũt ordine tpis. Duplex igitur ordo eſt in dñica orone notandus. vnus in aſcendendo qui cõuenit cũ virtutib⁹: alter in deſcendendo: qui cõcordat cũ donis. dona nãq; de ſummis ad yma deſcendunt. vñ requieſcet ſup eũ ſpũs ſapie ꝛ intellect⁹ ꝛc̃. Virtutes vo de ymis ad ſumma conſcendũt. vnde Bti pauperes ſpũ: qm̃ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. Bti mites ꝛc̃. Nempe dñs in orone ipſa ſecutus eſt ordinẽ dignitatis qui eſt artificialis vt de maiorib⁹ ad minora deſcenderet. Sed doctores in illius expoſitione ſequunt ordinẽ tpis qui eſt naturalis: vt de minorib⁹ ad maiora. i. de tẽporalibus ad eterna conſcendãt quẽ modum ſeruabimus exponẽdo ꝛ fit h adaptatio ſeptẽ petitionũ ſeptẽ virtutũ. ſeptem donorum ſpũſſancti. ꝛ ſeptẽ beatitudinũ ꝯ ſeptẽ vitia capitalia. ſeptẽ virtutibus oppoſita. Nam dona petitionibus virtutes donis: ꝛ beatitudines virtutibus obtinent. ¶ Septẽ dona ſunt hec. ſapientia intellectus: ꝯſiliũ: fortitudo: ſcientia pietas ꝛ timor de quibus dicit pph̃a. Requieſcet ſup eũ ſpũs ſapie ꝛ intellectus. ſpũs ꝯſilij ꝛ fortitudinis. ſpũs ſciẽtie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eum ſpũs timoris dñi. ¶ Septem vo virtutes ſũt. hec. paupertas. ſpũs mãſuetudo luct⁹ eſuries iuſticie. miſericordia. mũdicia cordis ꝛ par. ¶ Septẽ q; beatitudines ſũt iſte. regnũ celoꝝ poſſeſſio. terre ꝯſolatio. ſaturitas. miſericordie conſecutio. viſio dei. filiatio dei. de quibus coniunctim dñs ait. De pma. Bti pauperes ſpũ: qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. De ſcda. Bti mites qm̃ ipſi poſſidebunt terram. De tertia. Bti qui lugẽt: qm̃ ipſi ꝯſolabuntur. De quarta. Bti qui eſuriunt ꝛ ſitiũt iuſticiam: qm̃ ipſi ſaturabunt. De quinta. Bti miſericordes: qm̃ ipſi miſericordiã ꝯſequent. De ſexta. Bti mũdo corde: qm̃ ipſi deũ videbũt. De ſeptima. Bti pacifici: qm̃ filij dei vocabunt. ¶ Septẽ vo vitia capitalia ſunt: inanis gl̃ia ſiue ſupbia: ira: inuidia: accidia auaricia: gula: luxuria. que ſignificata fuerunt in ſeptem pplis qui terram iſrael pmiſſam tenebant. videlꝫ ethçus: gergezeus: amorreus: cananeus: ferezeus: eueus: ꝛ iebuzeus. Homo igit eſt egrotus deus medicus: vitia ſunt languores: petitiões ſunt planctus: dona ſunt antidota: ꝛ virtutes ſunt ſanitates: btitudies ſũt felicitates ꝛ gaudia. Hec ſeptẽ vitia p ſeptẽ petitiões hmõi orõnis fugant. put inferius oñdet. ¶ Ad orõnis g̃ ipſius expoſitionẽ veniamus. ¶ Et no. ꝙ in quibuſdã eccliis dũ he ſeptẽ petitiones dicunt: diaconus ſtat inclinatus cõionẽ expectans in quo ſignificat apl̃os qui poſt mortem dñi per ſeptem hebdomadas ꝯfirmationẽ ſpũs expectauerunt: ſubdiaconus vo quieſcit: q: mulieres in ſabbato que eſt dies ſeptima ſiluerunt.

¶ Expoſito dñice orationis. Rubrica.

Pater noſter. Ordinem temporis vt premiſſum eſt in hmõi orõnis expoſitiõe ſeruantes a fine eius initium ſumam⁹ verſus pncipiũ ordine retrogrado pcedendo. Siquidẽ homo multis malis circũdatus pmo petit liberari a malo. q: vo ſine tentatione nõ eſt vita hois ſup terrã: ideo liberat⁹ a malo petit vt in tentationẽ nõ inducat. Et q: dũ in hac vita ꝯſiſtit ſemp eſt in quocũq; pctõ. nã ſi dixerimus q: pctm̃ nõ habem⁹ veritas i nobis nõ eſt. ideo petit vt debita. i. pctã ſibi dimittant. Cũ autẽ fuerit liberatus a malo cũ vicerit tentatiões cũ debita fuerint ei dimiſſa: q: qui p ſe ſtare nõ põt neceſſarius eſt ei ſpũs fortitudinis ne pmiũ expectãdo deficiat. ideoq; petit vt panis quotidianus ſibi donet. deinde cũ fuerit liberatus a malis ꝛ roborat⁹ in bonis petit vt fiat voluntas dei ſicut in celo ꝛ in terra: qm̃ pmiſſa in hac vita pfecte fieri nõ poſſent mox petit vt regnum adueniat in quo nomẽ patris ſanctificet in celis: vt nunq̃ de cetero poſſit a ſanctificatiõis gr̃a ſeparari. Poſtq̃ petitionũ ꝯtinuationẽ premiſimus. mox ad eoꝝ expoſitionem veniamus. prenotandũ tñ eſt ꝙ illud qd in orõne pmittit videlꝫ. Pater noſter qui es in celis. captatio beniuolentie eſt: vt iam dicet. Nempe pater grece dr̃ genitor. latine ꝛ hebraice abba. ꝛ dr̃ deus pater a patrando ſiue pficiendo: q: p eũ oĩa facta ſunt. Deus autẽ gñalr ꝛ ſpãliter ꝛ ſingulariter dr̃ pater. Gñalr oĩm p creationẽ. ſpãliter iuſtoꝝ p adoptionẽ. ſingulariter xp̃i p gñationẽ. Per creationẽ vt ibi. Flecto genua mea ad deũ patrẽ oĩpotentẽ a quo oĩs paternitas in celo ꝛ in terra noĩatur. Per adoptionẽ vt ibi. Si vos cũ ſcitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quãto magis pater nr̃ de celo dabit vobis ſpm̃ bonũ petentibus ſe. Per gñationẽ vt ibi. Nemo nouit filiũ niſi pater ꝛ patrẽ niſi filius ꝛ cui voluerit filius reuelare. per hoc qd dicit pater nr̃ qui es in celis dehortat nos a duobus videlꝫ a ſupbia ne dicat pater mi: quaſi reputantes pprium qd eſt cõe ꝛ ab indignitate. ſ. ne reddamur indigni tanto pr̃e qui cõſiſtit in celis. Deus em̃ ſolius xp̃i eſt pr̃ p naturã cui ſoli cõpetit dicere pater mi: fideliũ autẽ eſt pater per gr̃am quibus cõpetit dicere: pater nr̃ ille dicit. Pater mi ſi poſſibile ẽ trãſfera me calicẽ

hunc. Iſti dicunt. Pater noſter qui es in celis ſan-
ctificetur nomen tuū ⁊ ipſemet dicit. Uado ad pa-
trem meum ⁊ ad patrē veſtrū: meū quidē per naturā
veſtrū per gratiā. ¶ Hortaſ etiā nos ꝑ hec ad duo:
ſcȝ ad ſeruādū grām adoptiōis: cū dicit pater. ⁊ vnio
nem fraternitatis: cū ait noſter. ¶ Rurſum ꝑ hoc ꝙ
dicit pater qđ eſt nomē piūm. notaſ bonitas eius ⁊
eccl'ie deuotio que ipm prēm appellat. ꝑ hoc vō qđ
dicit noſter oñdiſ dilatatio charitatis. ꝑ hoc qđ di-
cit in celis. i. ſanctis quoꝝ ꝯuerſatio a fece mūdi re-
mota eſt dei pietas deſignatur. Quia igiſ captatio
beniuolentie in hac oꝛone premittiſ ſciendum eſt ꝙ
beniuolentia captaſ a trib⁹ ſcȝ a perſona cognito-
ris: petitoris: ⁊ aſſeſſoris: cognitoꝛ eſt deus. petitoꝛ ē
homo aſſeſſoꝛ eſt angelus. A pſona cognitoris cū ait
pater. petitoris cū ait noſter. aſſeſſoris cū ait qui es
in celis. i. in angelis vel ſanctis de quibus habetur.
Celi enarrāt gloꝛiaȝ dei. vñ ſpes nobis attribuiſ vt
ſanctos⁹ nos faciat. Uel in celis. i. in ſecreto maieſta
tis diuine per qđ daſ fiducia obtinendi bonū occul
tū. qđ oculus non vidit nec auris audiuit nec in coꝛ
hois aſcēdit. Dat ergo fiduciā impetrādi bonuꝫ. vñ
nō diciſ. Dñe cui ſeruitur timoꝛe. ſed pater cui ſerui
tur amoꝛe. q. d. quia pater es vis. qꝛ in celis es: po-
tes ergo libera nos a malo. ¶ Et no. ꝙ celū diciſ a
celando: quia celat diuina ſecreta. vel a celſitudine:
qꝛ altius eſt terrenis rebus. ¶ Sȝ libera nos a ma-
lo. Triplex eſt malū a quo ꝑetimus liberari: innatū
additum ⁊ inflictum. Primū ꝯbiſ ſcȝ oꝛiginale. Se
cūdū cōmittiſ. ſ. actuale. Tertiū ſuſtinem⁹. ſcȝ pena
le. Malū aūt vitam⁹ per ſpm̄ timoꝛis. Nā vt inqͥt ſcri
ptura. Timoꝛ dñi expellit pctm̄. Poꝛro triplex eſt ti
moꝛ quo ceſſam⁹ a malo ſuilis: initialis: ⁊ filialꝭ. Ti-
moꝛe ſuili ceſſam⁹ a malo foꝛmidie pene. Timoꝛe fi-
liali ceſſamus a malo amoꝛe iuſticie. Initiali timoꝛe
ceſſamus a malo partim foꝛmidine pene partiȝ amo
re iuſticie. Seruilis timoꝛ eſt incipiētiū initialis ꝑ-
ficientiū. filialis ꝑficientiū. Dicit ergo. Sed libera
nos a malo. q. d. Da nobis ſpm̄ timoꝛis ⁊ paupꝛtatē
ſpūs: vt per ſpm̄ timoꝛis vitemus mala. ꝑ paupꝛtatē
ſpūs abdicemus bona quatem⁹ excluſis vitijs ⁊ cōtē
ptis terrenis habeam⁹ eterna ſcȝ regnū celoꝝ: qđ lu
cifer ⁊ pꝛimi parētes ꝑ inanē glīam ſiue ſupbiā ami
ſerunt. Per hoc ergo ꝙ ſe humiliādo petit liberari a
malo qđ fit per donum timoꝛis: fugatur ſupbia que
opponiſ timoꝛi: ⁊ ſic finis oꝛonis cōcoꝛdat cū pꝛinci
pio vbi ab humilitate cōtra ſupbiaȝ incepit vt pmiſ
ſum eſt. ¶ Et ne nos inducas in tentationē ſcȝ dia-
bolicaꝫ. Nota ꝙ tentat nos deus. tentat hō. tentat
diabolus. deus tentat vt ꝓbet. homo vt ſciat diabo
ue que in celis ſunt: ⁊ poſt reſurrectionem ſuam pa-
cem diſcipulis ſuis nunciauit: ⁊ cum ipſe q̄ pax nr̄a ē
continue vſq; ad aſcenſionem ſuam conuerſari: ⁊ tūc
eis pacē ſuam dare dicēs. Pacem meā do vobis: ⁊ ī
pēthecoſtē conſolatoꝛē mittere dignatus eſt. Incaſ
ſum ergo fieret cōmemoꝛatio de pace. Introitus āt
incipit ab oꝛōne dn̄i in paſſione. Judica me deus ⁊
diſcerne cām meam ⁊c. in hoc em̄ inſtruxit nos ī oꝛā
do. Sequitur. Emitte lucē tuam ⁊c. q: q̄ videt p̄mia
foꝛtis efficit͛ in pugna. Et veritatē tuam ⁊c. Qui em̄
videt vera bona de facili ducit͛ in eterna tabernacu
la ⁊ eſt quarti toni pp̄ foꝛmam crucis: vel pp̄ter q̄ttu
oꝛ q̄ petuntur. ſ. iudicium: diſcretio: liberatio: ⁊ foꝛti
tudo. Epiſtola vͦo. ſ. Xp̄s exiſtēs pontifex futuroꝛuꝫ
bonoꝝ p̄amplius ⁊ p̄fectius ⁊c. q̄ eſt Hebꝛe. ix. c. oſ̄
dit efficaciaꝫ paſſionis xp̄i p̄ paſſionē em̄ eius ī eter
na tabernacula ducimur: cuius memoꝛes eſſe debe
mus. Sed q: non omnes intrabunt niſi q̄ faciūt eiꝰ
voluntatē: ideo ſequitur rn̄ſoꝛium. Eripe me de ini-
micis meis doce me ⁊c. aliter em̄ non intrat͛ ī ſctā
ſctōꝛum. ⁊ eſt tertij toni pp̄ liberationem a triplic ini
mico p̄ virtutē trinitatis. Poſtea ſequit͛ tractus in
quo conq̄ritur dn̄s de inimicis ſuis dicēs. Sepe ex
pugnauerūt me a iuuētute mea in Abel ⁊ in alijs. ⁊
veriſſime dr̄ tractus: q: huiuſmodi cogūt nos duce-
re vitam miſeram. ſ. allophili ⁊ philiſtei. ⁊ eſt octaui
toni. ad ſignificādum q̄ hmōi tribulationes veniūt
ſup̄ nos vt ſimus memoꝛes alterius vite q̄ erāt͛ ī octa
ua etate: q: ad dn̄m cum tribularer clamaui ⁊c. Et
Job. Operuit confuſio faciem eius. Poſtea ſequit͛
euāgelium. Quis ex vobis ⁊c. Joh. viij. c. in quo h͛t
contumelia iudeoꝝ dicentiuꝫ dn̄o. Demoniū habes
⁊ dn̄s abſcondit ſe vt expectaret tp̄s immolationis
agni ⁊ decima luna oſtendit ſe ſicut dicebat d͛ agno
fieri vt habet͛ in Exo. xxvij. c. Eccleſia vͦo oſ̄dit ſe eē
ꝯtrariam eis in offertoꝛio q̄ſi diceret. Ipſi dicūt De
monium habeo, ſed ego confiteboꝛ tibi dn̄e ⁊ ē pri-
mi toni: q: ſoli deo confitendum ē poſt cōſo autem ē
Hoc eſt coꝛpus ⁊c. Luce. xxij. c. ⁊ Matthei. xxvi. e t
Marci. xiiij. ⁊. j. Coꝝ. xj. c. Et incipit eam ſacerdos
ad oſ̄dēdum q̄ magnus ſacerdos ſacrificium vetus
mutauit in nouum ſacrificium. ⁊ eſt octaui toni: q: il
lud ſacrificium eſt verum q̄d perficiet͛ in paradiſo
q̄n reſurgemus. Et illud apoſtoli vere implebitur.
Omnia veſtra ſunt.

¶ De ſecunda feria. Rubꝛica.

SEcunda feria eſt de crucifixione no
ſtra. ⁊ maxime de ieiunio: q: debe-
mus crucifigere membra cum vitijs
⁊ concupiſcētijs. ſicut p̄cedēs do
minica eſt de cruce. Sed q: nō pōt
homo ieiunare niſi liberetur ab ini
micis viſibilibus ⁊ inuiſibilibus diabolo. ſcꝫ ⁊ mun
do ⁊ malis hominibus. ideo eccleſia petit in introi-
tu liberari ab inimicis. ⁊ eſt tertij toni p̄opter libera
tionem a triplici inimico. Epiſtola vero eſt. Factuꝫ
eſt verbum. Jo. iij. c. in qua inuitamur ad ieiunium
per exemplum niniuitarum qui ſolius ione ⁊ vnica
p̄edicatione ieiunium indixerunt: etiam iumētis vt
liberarent͛ a tp̄ali ſubuerſione q̄to magis nos debe
mus p̄niam ſuſcipere ad vocē veri ione. ſ. xp̄i ut aploꝝ
vt ſubuerſione ſp̄ali liberemur. In rn̄ſoꝛio petit ſi-
militer liberari ab inimicis. ⁊ eſt verſus. Deus ī noīe
tuo ſaluum me fac. tertij toni p̄opter virtutem trini
tatis ⁊ liberationem a triplici inimico. Poſtmodum
ſequitur euangelium Miſerunt principes Joh. vij.
c. in quo dicit dn̄s ſcribis ⁊ phariſeis. Quid vultis
me interficere. ⁊ loquitur de reſurrectione ſua ⁊ aſcē
ſione ⁊ ſp̄ū ſcti miſſione p̄pter hoc vt illi q̄ ſunt in cru
ce qui ſuſtinēt multa a malis ſicut ipſe dn̄s ſemp̄ ha
beant reſpectum ad fructum charitatis. vn̄ aſcēdaꝰ
in palmam vt app̄hendam fructum eius. In offerto
rio dn̄e conuerte ⁊ eripe animam meam ⁊c. petit libe
rari ab inimicis in anima ⁊ eſt ſexti toni: q: libera-
tio anime perfecta liberatio eſt ſenarius enīꝫ nume
rus p̄fectus eſt. In poſtcōmunione. Dn̄s virtutum
ipſe eſt rex gloꝛie. attribuit deo liberationem ſuā ⁊c.
⁊ eſt tertij toni. q: ille eſt deus trinitas q̄ liberat. Di
citur autē ad hoꝛas capitulum illud. Attende dn̄e.
Hiere. xviij. c. ⁊ illud. Dn̄e omnes qui te derelinquūt
ibidem. xvij. c. ⁊ illud. Confundantur qui me: quod
eſt ibidem. ⁊ illud. Tu autem dn̄e. xx. c. ⁊ illud. Do-
minus deus aperuit. Eſa. l. c.

¶ De tertia feria. Rubꝛica.

TErtia vero feria ad patientiam ini
tat. vnde introitus eſt. Expectabo
dn̄m ⁊c. verſus. Dominus illumina-
tio mea. Deus enim dat patiētiam ⁊
qui illuminatus eſt patientiam ha
bꝫ ⁊ eſt ſeptimi toni. q: patiētia cō
cipit͛ reſpectu q̄etis eterne. Poſtea ſequit͛ epl̄a. Cō
gregati ſunt Daniel. iij. c. in qua oſtenditur effectus

patientie quia ibi habetur quomodo babylonij mi
ſerūt danielem in lacum leonum: nec tetigerunt eū
⁊ miſſus eſt ei cibus a domino per Abacuch ⁊ ſigni-
ficat ꝙ per patientiam liberat nos dominus a ſpiri
tualibus babylonis. ⁊ quandoꝙ etiam liberat cor-
poraliter ⁊ dat vitam eternam. Iuxta illud Apoca.
Qui vicerit dabo ei manna abſconditum. In reſpō
ſorio. Diſcerne cauſam meam de gēte nō ſancta ⁊c̄.
petit liberari ne ſuccumbat. Deinde ſequitur. Emit
te lucem tuaꝫ ⁊ veritatem tuam ipſa me deduxerūt
Ecce ſemper petit lucem quā qui videt patiētiā ha-
bet: ⁊ ſic liberatur. ⁊ eſt quinti toni: q: petit libera-
ri a tentatione quinꝙ ſenſuum vel ab inimicis qui
nocuerūt per quinꝙ ſenſus. Intrat enim mors per
feneſtras corporis. In euangelio vero. Ambulabat
ieſus in galileam ⁊c̄. Oſtenditur diſcretio bonorum
⁊ malorum. tempus vero bonorū erit in futuro. Un
de debet dicere patiens ſicut dixit dominus. Tem-
pus meū nondum eſt ⁊ debet ſperare in dn̄o. Unde
ſequitur offertorium. Sperent in te qui te nouerūt
Et quia ſemper ſuſtinent malos: ideo in poſtcōmu-
nione Redime me dn̄e ⁊c̄. petit liberari: que eſt ſe-
ptimi toni: propter requiem que ſperatur.

¶ De quarta feria. Rubrica.

Quarta feria oſtēdit ꝙ a ſolo deo eſt
liberatio: q: fidelis eſt deus qui nō
permittit nos tentari ſupra illud qđ
poſſumus ſuſtinere. Unde introitus
eſt. Liberator meus. ⁊ verſus. Dili-
gaꝫ te domine fortitudo mea ⁊c̄. Ec
ce ponit deum fortitudinem ſuam. ⁊ eſt tertij toni ꝓ
pter donum trinitatis: ⁊ propter triplicem inimicū.
In epiſtola vero. Locutus eſt. Leuit. xix. c. enume
rantur precepta vbi oſtenditur iudeos non obſerua
re illa in hoc ꝙ perſequebantur innocentem: ⁊ om-
nes etiam qui perſequuntur bonos non ſunt timen
di quia ſunt inimici domini. Unde ibi habet̄. Non
iniuſte iudicabis: ⁊ ideo in reſpōſorio. Exaltabo te
⁊c̄. petit liberari quod eſt ſeptimi toni propter ſepti
formem gratiam in euangelio vero. Facta ſunt Io
han. x. ca. oſtenditur quid fecerit dominus in ence
nijs. quia iudei tulerunt lapides vt iacerent in eum
⁊ dixit dominus. Multa bona opera feci vobis ꝓ-
pter quod vultis me lapidare. Encenium feſtū erat
dedicationis templi. hoc eſt de reparatiōe ipſius a
machabeis. Sequit̄ ⁊ hyems erat. hoc erit in die iu
dicij quando reparabitur verum templum quantuꝫ
ad bonos. ⁊ hyems malorum erit. Boni vero cogno
ſcent dominum ſicut in euāgelio dicitur. Uos auteꝫ
cognouiſtis me quia pater in me eſt ⁊ ego in patre:
⁊ tunc plene liberabitur eccleſia ſicut petit in offer-
torio. Erue me đ inimicis meis ⁊c̄. quod eſt ſeptimi
toni: quia tunc erit vera quies. vel propter gratiam
ſeptiformem. quia vero beatus erit qui erit in illa
quiete quod nō erit ſine innocentia: ideo poſtcōmu
nio Lauabo inter innocētes manus meas ⁊c̄. Et in
troibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentu-
tem meam id eſt ad altare quiete mētis ad altare ſu
pernum. quod eſt octaui toni: q: hoc erit in octaua
etate: ſicut dictum eſt. quarta ergo feria eſt de ence
nijs. i. de dedicatione que plene fiet in futuro quan
do eccleſia perfecte dedicabitur deo.

¶ De quinta feria. Rubrica.

In quinta feria immolat eccleſia ho
ſtias ſpirituales per quas poſſit cō
ſequi illud gaudium: ſed quia non
impetratur miſericordia niſi confi-
tendo iuſtitiam: ideo dicit in introi
tu confitendo iuſtitiā de erga nos.
Omnia que feciſti nobis domine in vero iudicio fe
ciſti. Danie. iij. c. Si miſiſti tribulationes hn̄ factuꝫ
eſt: q: peccauimus tibi. ⁊ poſtea petit miſericordiā.
Da inquit gloriā nomini tuo ⁊ fac nobiſcū ſm̄ multi
tudinē miſericordie tue. verſus eſt. Magnꝰ dn̄s et
laudabilis nimis. ⁊ eſt tertij toni: q: qui confitet̄ dꝫ
confiteri tripliciter peccatum ſuum. In alijs tamē
eccleſijs eſt verſus Beati immaculati. Ideꝫ habet̄
in epiſtola que ſumpta eſt đ Danie. iij. c. Orauit da-
niel Domine deus ne deſpicias ⁊c̄. q: peccauimus ⁊
nō eſt nobis ſacrificiū ⁊c̄. Ita enim dicebāt filij iſra
el quando erant in babylone. ſic ⁊ nos poſſumus di
cere quando ſumus in peccato. Non eſt ſacrificiū ſꝫ
in ſpiritu humilitatis ⁊ i animo cōtrito ſuſcipiamur
dn̄e a te. In reſponſorio. Tollite hoſtias ⁊c̄. monet
nos offerre hoſtias ſpūales. Uſus ē. Reuelabit deꝰ
cōdenſa. Aliter eniꝫ non poſſet offerre ſpiritualiter
niſi deus remoueat tenebras a corde. ⁊ eſt quinti to
ni quia taleꝫ oportet in quinꝙ ſenſibus mactari. vn
de ſequitur euāgeliū Luce. vij. c. Rogabat ieſuꝫ in
quo habet̄ quomodo beata maria Magdalena im
petrauit veniam lachrymis: quia quot habuit in ſe
oblectamēta tot mactādo ſe hoſtias ſpirituales ob
tulit deo in corpore ſuo. In offertorio. Super flumi
na ⁊c̄. oſtenditur quomodo flendum ſit ⁊ quomodo
oportet lugere. Duo enim ſunt que hoc faciunt ſcꝫ
memoria peccati preteriti ⁊ recordatio celeſtis hie-
ruſalem. Quoniam quādo homo miſerias ſuas mū
dicie comparat angelorum flet ſuper flumina baby-
lonis. ⁊ eſt primi toni: quia hoc debet eſſe in memo-
ria ſcilicet finis propter queꝫ ſumus. In poſtcōione
orat vt dominus memor ſit ꝓmiſſionuꝫ. Memento
verbi tui ſeruo tuo. in quo ſpē mihi đdiſti. ⁊ eſt octa
ui toni: q: in octaua etate fiet illa dedicatio. In qui
buſdam tamen eccleſijs legitur euangelium vbi di-
citur. Cum quidam vellent apprehendere ieſum. ta
men nemo miſiſſet manum in eum. dixerunt pontifi
ces ad miniſtros. Quare nō adduxiſtis eū. Reſpō-
derūt miniſtri Nunꝙ̄ ſic locutus eſt homo. ſicut hic
loquitur. Hac etiam die conuenienter legitur illud
euāgelium. vbi dicitur ꝙ reuerſi ſunt vnuſquiſꝙ in
domum ſuam. In offertorio vero dicitur. In ſalici-
bus in medio eius ſuſpēdimus organa noſtra: quia
poſt hanc diem nullum euangelium legitur in quo
dominus iudeis publice predicaſſe narretur. Ecce
ergo illud diuinitatis organum in illis ſalicibus: idē

eſt fluctuoſis hominibus babylonis ſuſpenſum eſt

¶ De ſexta feria. Rubrica.

Sexta feria eſt de paſſione ⁊ orat chriſtus dans nobis in introitu formam orandi. Miſerere mei ⁊c̃. et eſt quinti toni: quia nõ poteſt fieri liberatio ſine quinq̃ ſenſuum cohibitione. In ep̃la. Domine omnes ⁊c̃. Hieremie. xvij. c. petit ſuam liberationem ⁊ inimicoꝝ ↄfuſionem. In reſponſorio vero ſimiliter conqueritur de inimicis: ⁊ maxime de hypocritis qui pacifice loquebanť ⁊c̃. ſcȝ cũ dicebãt. Magiſter ſcimus q: verax es: ⁊ tñ dolus erat ĩ corde: vnde. Uide dñe ⁊c̃. In euangelio. Collegerunt pontifices ⁊ pariſei ⁊c̃. Iohannis. xj. c. ſimiliter dolus exprimiť ⁊ dicitur ibi. Uenient romani ⁊ tollent locum noſtrum ⁊ gentem: quia iam ablatum erat ſceptrum de iuda: ⁊ dux de femore eius: ⁊ Pylatuȝ p̃ſidem romane poteſtatis habebãt: quia vero vbi eſt dolus ⁊ crudelitas: ibi maxime indiget hõ ſapientia vt ſapienter reſpondeat: ideo in offertorio petit intellectũ vt poſſit reſpondere ſine peccato. Benedictus es dñe: doce me iuſtificationes tuas ⁊c̃. Et reſpondebo ſicut dicit dauid. iij. Regũ. Dimitte eum vt maledicat mihi: ſicut p̃cepit dominus: tales enĩ ſunt virga domini: vnde Augu. Unde ſuperbiunt impij: quia eos facit pater meus virgam ſuam. Et in ꝓuerbijs. Fili mi; ſtude ſapientiam vt poſſis reſpondere ſermoni ⁊ eſt ſeptimi toni ꝓpter ſpiritusſancti gratiam ſeptiformem. Poſtcõmunio quoq̃. Ne tradideris me ⁊c̃. eadem ratione eſt ſeptimi toni in qua petit liberari.

¶ De ſabbato. Rubrica.

Sequitur ſabbatum quod diciť ſabbatum vacans ſicut ⁊ ſecunda dominica quadrageſime. In hoc enĩ ſabbato intendere ↄſueuit dñs papa pauperibꝰ chriſti dando elemoſynam ⁊ mandatũ celebrando: tũ q̃nia in cena dñi ꝓpter officij magnitudinem hoc facere poterit: tum q: ſicut dicit Iohannes. Ante ſex dies paſche venit ieſus in bethaniam et factum eſt conuiuium in domo Marie et Marthe vbi fuit Lazarus quem dñs ſuſcitauit: et tunc Maria vnguento nardo piſtico vnxit pedes ieſu. Apoſtolicus ergo in memoriam eius qđ illa deuotiſſime egit: facit membris chriſti qđ ipſa capiti fecit: vt pedes ieſu vngendo: ideſt domini veſtigia ſectãdo: ⁊ capillis tergendo ideſt ſuperflua pauperibus erogando impleatur domus odore vnguẽti: ideſt mundus impleať bona fama. Quia ergo hac die circa p̃miſſa charitatis opera exercenda occupatus eſt: ideo vacat hoc ſabbatum a proprio officio ⁊ mutuo accipit a quinta feria antecedẽti. Uel in quibuſdam eccleſiis a ſabbato antecedenti. Sitientes venite ad aquas. ¶ Legiť epiſtola de Hieremia. xviij. c. Dixerunt impij ⁊c̃. in qua ſunt male cogitationes que p̃ceſſerunt paſſionem venite cogitemus contra iuſtum cogitationes: ⁊ poſtea percutiamus cum lingua. Tales autem nõ habent ſabbatum: quia nõ eſt pax impijs dicit dominus. In euangelio vero Subleuatis ⁊c̃. Iohan. xvij. c. Rogat pro ſe ⁊ pro diſcipulis: ⁊ pro omnibus fidelibus vt habeant ſabbatum: quod erit per vnitatem et charitatem in futuro quando vnum erimus: ſicut pater ⁊ filius ſunt vnũ: ideſt in maiori approximatione que poſſit eſſe; illi vnitati qua pater et filius vnum ſunt. In alijs vero eccleſijs legitur euangeliũ. Cogitauerunt autem Iohan. xij. c. In quibuſdaȝ tamen eccleſijs legitur euangelium de proditione iude. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis cui recte premittitur lectio Hieremie vbi dicitur. Uenite cogitemus contra iuſtum cogitatões. Hoc ſabbatum priuilegiatum eſt: quia vt p̃miſſum eſt dominus papa tunc elemoſynas dat ⁊ mandatum facit: ⁊ quia hac die vt quidã dicunt chriſtus diſcubuit in domo ſymonis leproſi ⁊ Martha miniſtrabat ei ⁊ Maria lachrymis ſuis pedes eius lauit: ⁊ proprijs capillis terſit.

¶ De dñica ſexta in ramis palmaꝝ. Rubrica.

In dominica in ramis palmarum: et in paſſione domini legiť Hieremias duplici ratione. Primo quia ipſe manifeſtius de paſſione domini prophetizauit q̃ alius. Secundo q: per eius paſſionem p̃figurata eſt paſſio domini: quia deplorãdo captiuitatem iudeorum per babylonios factã p̃figurauit ⁊ romanam quã incurrerunt propter chriſti paſſionem. In nocturnali autem officio dicitur inuitatorium. Ipſi vero non cognouerunt vias meas. qđ dicitur inuitatorium per contrarium: q: inuitat nos ad cognoſcendum vias domini per cõtrarium actum iudeoꝝ qui non cognoſcentes vias domini non introierũt in requiem ipſius. In p̃mo vero reſponſorio oſtenditur ſecuritas patientium tribulationes ⁊ cauſa quare non eſt timenda tribulatio: q: deus eſt adiutor in die qua inuocaui te ⁊c̃. Verſus eſt In die tribulationis mee inuocaui ⁊c̃. quia ſi deus adiuuat non eſt timendum. vnde Iob Pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus pugnet contra me. et eſt primi toni: quia a ſolo deo ſperanduȝ eſt liberatio et auxilium Sequitur reſponſorium. Ingrediente domino. ſecundi toni: quia laudabant pueri dominum ſcilicet vtramq̃ naturam in chriſto. Deitatem cum dicebant Oſanna. ideſt ſalua obſecro. Humilitatem cum dicebant. Fili dauid: vel deum corde ⁊ ore pueri laudabant ſicut iudei corde et ore conuiciabantur. ¶ Circa diurnum vero officium dicendum eſt q̃ poſt ſabbatum in quo oſtenditur deuotio Marie Sequitur dominica in quo oſtenditur deuotio puerorum. Ungimus enim dominum cum Maria: et cum pueris veneramur. Et ideo facit eccleſia hac die proceſſionem corporaliter ⁊ ſpiritualiter. Exierunt enim pueri extra caſtra obuiam dño venienti de betha

nia in hieruſalem. Et nos ſimiliter debemus extra
caſtra: ideſt extra delitias carnis exire obuiā ei ſi-
cut dicit apl's. Exeamus extra caſtra improperium
eius portantes: et ſicut illi: ſic et nos in proceſſione
noſtra cantamus O ſanna. Vñ in egreſſu de eccl'ia
cantatur antiphona. Pueri hebreorum. ⁊ nos debemus
eſſe pueri. i. innocentes. ⁊ debem' eſſe pueri hebreo
rum. i. trāſilientiū oīa terrena ſiue peccā. ¶ Poſtmo
dum facit eccl'ia ſtationē in aliquo loco cōpetēti vt
ibi cū deuotione ⁊ leticia ſuſcipiatur verbū dei: ſicut
chriſtus qui eſt verbū patris ſuſcept' eſt cū leticia ⁊
pueritia in hierl'm. In ſcripturis eñ ſiue ſermonib'
eſt xp̄s. Vñ ipſe i euāgelio. Scrutamini ſcripturas.
ille eñ loquuntur de me: ⁊ ipſe eſt dulcedo ſcripture
Legitur aūt euangeliū de Mattheo. xxi. c. Cum ap
propinquaſſet ieſus hierl'm ec̄. Miſit duos de diſci
pulis ſuis dicens. Ite in caſtellum qd' contra vos eſt
Unde alibi legitur. Miſit diſcipulos ſuos ſeptua-
gintaduos binos ⁊ binos. i. habentes geminā cha
ritatem dei ⁊ proximi. Miſit inquā querere aſinā ⁊
pullum. i. iudaicum populum ⁊ gentilem vt eos du
ceret in celeſtem hierl'm. ⁊ legitur ideo hac die: q: ibi
de fructu paſſionis habetur. Poſtea cantatur. Occur-
runt turbe cum floribus ⁊ palmis: ⁊ nos ſilr debe-
mus ei occurrere cū florib' virtutū ⁊ palmis victo-
riarum. Palma eñ ſignificat victoriā: vñ. Iuſtus
vt palma florebit in domo dñi. ⁊ ſm Grego. Ex qua
litate palmarum deſignatur proficiens vita iuſtorum: et eſt
octaui toni propter victoriā chriſti in capite ⁊ in mem
bris per quā peruenitur ad octauā reſurrectionis. De-
inde redeunte proceſſione cantatur canticū puerorum: ſcz
Gloria laus ⁊ honor ſit tibi rex ⁊c̄ per aliquos eccle-
ſiam ingredientes preſertim per pueros: q: ingredi-
ente dño i ſanctā ciuitatē hebreorum pueri ⁊c̄. Inno
centes eñ laudent eū. ¶ Et nota ꝙ Theodulphus
aurelianenſis ep̄s apud Ludouicū imperatorem
Caroli magni filiū falſo a quibuſdā ſuis emulis
accuſatus ab eodem eſt andegauis carcerali cuſto
die mancipatus. Cūq3 in hac dñica. iuxta domū in
qua cuſtodiebatur proceſſio tranſiret ille feneſtra apta
factoq3 ſilētio hos pulcherrimos verſus a ſe editos
ſcz Glia laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redēptor:
cui puerile decus prompſit oſanna pium. Iſrael es
tu rex dauidis ⁊c. pñte imperatore cātauit: cui tm̄
placuerunt: ꝙ mox illū a vinculis abſoluit ⁊ ep̄atū
ſibi reſtituit: atq3 eos hac die in fine proceſſionis can
tari inſtituit. In egreſſu eccl'ie poſt canticū puerorum
cantatur reſponſoriū. Ingrediente dño in ſanctā ci-
uitatem: qd' eſt pmi toni propter pmam etatē: q: ſoli
deo cantandum eſt. ¶ Rurſus cantus puerorum: qui
ſit ianuis clauſis ſignificat illud qd' cantus ⁊ occur
ſus illorum puerorum ſignificabat. Prefigurabat enim
occurſum ⁊ leticiam angelorum recipientiū chriſtū in
celū poſt reſurrectionē quā ſibi ⁊ ſequētibus ſe per
ſuā ſanctiſſimā paſſionē meruit aperiri cui' quidem
clauſio angelos nō extra miſerat: ſed aditū hōibus
non prebebat. ⁊ ideo pueri qui ſua puritate ange-
los ſignificant intra ianuas clauſas: quaſi dño ve-
nienti occurrentes ad aperiendū celū vt eorum repa-
retur ruina verſis vultibus cū leticia ⁊ clamore pro
ferunt hymnū laudis: qui eis qui ſunt extra cū gau
dio reſpondentibus ipſos intrantes cū xp̄o in ſuū
conſortiū receperūt. Hinc eſt ꝙ in ingreſſu eccl'ie can
tatur reſponſoriū. Ingrediente dño in ſanctā ciui-
tatē ⁊c. Declarans hec que dicta ſunt figurari per ea
que fiunt. cū eñ ibi fiat mentio de reſurrectiōe. nā
ibi fit mentio de palmis q̄ victoriā chriſti de morte
⁊ diabolo ſignificant: accipit eccl'ia factū illorum pue
rorū in ſignū precedens eius qd' iam dictū eſt ⁊ factū
iſtorum in recordationē illius. ¶ Sane ante crucem ⁊
in cruce rami virides infiguntur: ad notandū ꝙ oēm
virtutū virorē crucifixū habemus. Chriſtus enim
ramus viridis fuit hōis in ſe: ⁊ nos ab ipſo oēm vi-
rorē virtutū. Vñ ipſe dicit. ſi in viridi hoc faciūt in
arido qd fiet. In ſummo ḡ dum proceſſionē facimus
chriſtū venientē ad nos ſuſcipimus. Cū pueris ob-
uiamus: ſi innocentiā ſeruamus. Oliuas gerimus
ſi pacis ⁊ miſericordie opibus indulgem'. Palmas
portamus ſi de vitijs ⁊ diabolo victoriā obtinem'.
Virentes flores ⁊ frondes geſtamus ſi virtutibus
coronamur. Veſtimēta ſternimus carnē mortifican
tes. Ramos carpimus ſctōrum veſtigia imitantes.
Qd' proceſſio ciuitatē vel caſtrū egreditur: ouanter ad
crucem ⁊ ad loca promotiora ſiue eminentia vadens
recolit pueros hebreos fuiſſe verſus montē oliueti
innuens etiā ꝙ abſit nobis gl'iari niſi in cruce dñi
nři ieſu xp̄i. Qui aūt pontifici extra vrbē iuxta cru
cem cū ſuis conſtituto occurrūt ⁊ cū ipſo ciuitatē in-
grediuntur accuratius agunt. Imitamur 'eñ ppl'm
iſrael ⁊ pueros eorum qui extra ciuitatē dño occurre-
runt: ⁊ cū eo illā ingreſſi ſunt. Hec ḡ magna proceſſio
repreſentat illam q̄ tali die facta eſt a turbis ⁊ pue
ris iudeorum cū veniret ieſus hierl'm ſup aſinā ſedēs.
Significat etiā ꝙ dñs ad nos veniet ⁊ ad eterna ta
bernacula nos ducet. Vel forte recolit proceſſionē fi
liorum iſrael qui hac die iordanē ſiccis pedibus trāſie
runt ⁊ cū triūpho terrā promiſſionis intrauerūt. Nec
eſt hec proceſſio inter alias dñicales cōputāda. Hec
eñ ipſa eſt preconiū paſſionis. ille vero ſunt ſignifica-
tiue ⁊ rememoratiue dñice reſurrectionis vel aſcen
ſionis. Vñ rectius faciūt qui anteq̄ tertia dicatur
illas pmittūt. Hanc vero proceſſionē poſt tertiā huius
diei cū palmis celebrāt. De hoc ſub aſcenſiōe dicetur
¶ Et quidē huic proceſſioni lectio zacharie ⁊ euāge-
lium Iohis recte pmittuntur: qm̄ ibi dñica proceſſio pro
phetatur hic hyſtoria declaratur. In tractu infantes
ad preconia inuitantur. Paſſio vero i miſſa legitur. Bene-
dicuntur autē ⁊ diſtribuuntur rami per ſacerdotē: lz xp̄s
eos nec bñdixiſſe nec diſtribuiſſe legatur: tum q: xp̄s
non honorauit eos: ſed fuit honoratus ab eis ⁊ ex
eis: tum q: ppl's ille iudeorum fecit hoc corporaliter ⁊
temporaliter: ſed nos agimus hoc ſacramentaliter
⁊ ſpūaliter ad effectum qui in eorum benedictione ex
primitur. Illi nāq3 ferentes ramos triumphū chriſti
nondum cōpletum: ſed tpe paſſionis cōplendū pre
figurabāt. Unde non oportuit ramos diſtribui vel
benedici a chriſto: q: nondū figura fuerat impleta.
Eccl'ia vero per talia repreſentat triumphū chriſti iam

completum ſm illud Colloceñ. ij. Expolians principatus ⁊ poteſtates tranſduxit cõfidenter palã triũphans illos in ſemetipſo: q: ergo nõ ſolum ipſe triũphato: eſt: ſed etiã per ipſius grãm ⁊ ſanctificationẽ triumphabũt oẽs electi conuenienter ⁊ benedictio ramoꝝ ⁊ diſtributio per ſacerdotez qui xp̄m repſentat, debz expleri. Quare autẽ non fit feſtũ de dicta aſina ſicut fit de cruce dicet in ſeptima parte ſub feſto crucis. ¶ Poſt pceſſionez ſequitur ſtatim miſſa de paſſione dñi: q: debemus gaudere de fructu paſſionis ⁊ compati q: pro nobis paſſus eſt. Ibi enĩ eſt vñ letemur. ſ. de amore quẽ oſtẽdit nobis in cruce. ⁊ vnde triſtemur: ſcz de peccatis noſtris que tot ſunt ꝙ ppterea opoꝛtuit filium dei pati. Uenit aũt decima luna ſiue die primi mẽſis: id eſt ante ſex dies paſche ad ciuitatẽ in qua pateretur: vt eſſet in domibꝰ iudeorum ſicut preceptum erat in Exo. xxvij. ca. ⁊ in Deu. Decima luna accipietis agnuz. Immolabitur aũt agnus quarta decima luna. i. decimaquarta die primi menſis ad veſperam. ⁊ dñs eadem hora agnuz cum diſcipulis manducãs vbi legalis paſche decreta cõpleuit eſt egreſſus cum eis ſtatim ad locũ orationis ⁊ circũſpectis omnibus cum iam veſpere eſſent exiuit in bethaniã cũ duodecim diſcipulis. Nẽpe myſtice decima luna venit: q: ppl's iſraeliticꝰ decima luna egreſſus eſt de egypto. Similiter per iſtuz verum agnũ eſt data libera poteſtas populo iſraelitico: id eſt videnti deum per fidem exeũdi de peccato: quod nõ fuit datum per Moyſen ⁊ virgam eius id eſt per diſciplinã ⁊ ſacerdotium legale. In principio ergo miſſe reducens eccleſia ad memoriã dominicam paſſionem incipit ab oratione dicens. Domine ne lõge facias ⁊c̃. ⁊ eſt octaui toni ſignificãs ꝙ p paſſionẽ venitur ad reſurrectionem. ¶ Sequit epiſtola. Hoc enim ſentite. ad Philip. ij. c. in qua oſtenditur paſſio ⁊ paſſionis fructus. Dicit ergo. Hoc enĩ ſentite in vobis quod ⁊ in xp̄o ieſu: id eſt imitamini ip̄m vt ſicut habuit charitatez qua voluit pati: ita ⁊ vos habeatis charitatez qua patiamini omnia tormenta tempoꝛalia: vt habeatis humilitatem que in xp̄o maxime fuit: manſuetudinẽ ⁊ patiẽtiam ⁊ intellectum realem vt ſentiatis. Cito enim ſentit dulcedo ſpiritusſancti in corde quãdo eſt ibi: ⁊ hi quidem ſunt fructus paſſionis: ſcz dulcedo in corde ⁊ gloria quedam tamen eccleſie legũt lectionez. Uenerũt enĩ in hieruſalem. Exo. xv. c. ¶ Viſo aũt hoc fructu fit homo patiens. q: generat patientiã cõſideratio fructus: ⁊ ideo ſequitur reſponſorium quod reſpondet epiſtole in quo oſtendit quomodo per paſſiones venitur ad gloriam ⁊ dicunt ibi tria quare eſt tertij toni. Primũ eſt. Tenuiſti manu tua meã dexterã dñe ⁊ confirmaſti me in bono. Secundũ eſt. In volũtate tua deduxiſti me. Talis facit quicquid deus vult Tertiũ eſt. Cum gloria ſuſcepiſti me. Primũ eſt cauſa crucis. Secundũ ipſa crux. Tertiũ fructus ipſius Verſus eſt quã bonus iſrael deus: qñ ſcz deducit ſuos ad paſſionẽ. Uñ de beato ſtephano legitur. Lapides torrẽtis illi dulces fuerunt. ¶ Poſtea ſequitur tractus. Deus deus meus reſpice in me: ⁊ quare me dereliquiſti ⁊c̃. ⁊ eſt ſecũdi toni: quia ibi oſtenditur paſſio ⁊ fructus ipſius. Unde ⁊ titulus illius pſalmi eſt pro ſumptione matutina euangeliũ de paſſione eſt. ſ. Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet ⁊ filius hominis tradet vt crucifigat. Matthei. xxv. c. ⁊ etiaz offertoriũ. ſ. Improperiũ expectauit coꝛ meũ deus ⁊ miſeriã: qꝺ ſumptũ eſt de pſ̃. lxxviij. qui totus ex pſona ſaluatoris orantis in paſſionis agone cõſcribit quaſi diceret eccleſia. ex quo xp̄s tot paſſus eſt pro nobis peccatoribus libenter patiar vnde dicit expectaui ſupple quaſi rem dulcem. Poſtcommunio de paſſione eſt: ſcz Pater ſi fieri poteſt ⁊c̃. Matt. xxv. ca. ⁊ Mar. viij. ca. ⁊ Lu. xxj. ca. ⁊ eſt octaui toni propter rationem premiſſam. In quibuſdam eccl'ijs dicitur in hac dominica ⁊ in diebꝰ ſequentibꝰ prefatio de paſſione. put dictũ eſt ſub quarta feria cinerum. ¶ Dicit autem hec dñica in ramis palmarum eo ꝙ tunc rami palmarum ſi haberi poſſunt in proceſſiõe poꝛtant. Dicit etiaz alibi dñica oliuarũ: q: rami oliue poꝛtant qꝺ fit ad repreſentandũ filios iſrael qui cũ ramis palmaꝝ ⁊ oliuaꝝ venienti domino obuiaz exierũt. Sequens quoqꝫ ſeptimana maioꝛ vocatur: eo ꝙ maius ⁊ prolixius habet officiũ. Dicit etiã penoſa q: tunc precipue debemus vitia noſtra punire. Uel q: dñs in ea laborauit ⁊ penas ſuſtinuit recreãdo: ſicut ⁊ in prima mũdi hebdomada creando. Dicit quoqꝫ indulgentie quia penitentes in ea abſoluuntur. Dicit etiã ſancta qm̃ in ea impij iuſtificant ¶ Hec aũt dominica in tribus priuilegiata eſt. Primo quia illa die filij iſrael intrauerũt terram promiſſionis ⁊ iordanem ſicco veſtigio tranſierũt. ſic enim contingit ꝙ eo anno tot dies fuerũt vſqꝫ ad paſcha quot ſunt ab hac dominica. Secundo q: hac die veniens dominus de bethania cuz honore maximo in hieruſalem ſuſceptus eſt. Tertio quia eadẽ die dñs a templo ementes ⁊ vendentes eiecit.

¶ De ſecunda feria. Rubrica.

Secunda feria oſtẽdit cauſam paſſionis. ſ. in xp̄o humilitatẽ ⁊ patiẽtiam: ⁊ in iudeis crudelitatẽ ⁊ inuidiam: in iuda cupiditatez ⁊ auariciam. ⁊ eſt introitus quarti toni. propter famã crucis. Epiſtola vero ſumit de Eſa. l. c. In qua oſtendit principalis cã paſſionis dñi. Dñs deus aperuit mihi aurẽ ſcz ad intelligẽdũ: ⁊ ppter hoc dedi genas meas velantibꝰ ⁊c̃. In qbuſdã eccl'ijs i hac ⁊ i tertijs ferijs dicunt due lectiões in miſſa: p eo ꝙ xp̄i paſſio a lege ⁊ pphetis pnũciata fuit. ¶ In reſponſorio petit liberationez ſuam. Exurge dñe ⁊ inte de ⁊c̃. verſus. Effunde framea. ⁊ eſt tertij toni: q: virtute trinitatis liberamur ab inimicis. Framea mea eſt ſpata fremia vel quaſi ferrea. In euãgelio vero ſcz ante ſex dies ⁊c̃. Ioh. xij. c. Oſtendit triplex cauſa paſſionis ⁊ dicit. Ante ſex dies paſche. nõ ideo ꝙ ſex dies futuri eſſent ante paſcha: ſꝫ q: ibi cauſa paſſionis oſtẽdit. In iuda oſtendit cupiditas eo ꝙ dixit. Ut quid pditio hec.

erat enim habens loculos. ⁊ ideo ſic dicebat vt nummos furaretur: vt habet in Johan. Jn iudeis cã ẽ inuidia q: moti ſunt in eum ꝑpter laudem puerorũ dicentes. Si dimittimus eum ſic: oẽs credẽt in euz ⁊ ideo querebant interficere eum. Jn ipſo vero chriſto eſt fructificatio totius generis humani. vñ i euãgelio dicit. Niſi granum frumenti ⁊c. in quibuſdam tñ eccleſijs in ſecũda feria legit paſſio ſm Marcuz. ſ. Erat paſcha ⁊ azima poſt biduũ ⁊c. ⁊ in tertia feria dicitũ euãgelium ſm Johannem. ſ. Ante ſex dies paſche: ſed primi magis videnẽ hyſtoriam ſequi. q: poſt biduum. i. poſt tertiam ⁊ quartam ferias. in quinta feria paſcha. i. agnꝰ paſchalis imolatus fuit. ¶ Preterea ſcda dies creationis mundane minus ẽ ceterĩ ornata diebus. Nã cũ dixiſſet dñs. Fiat firmamẽtũ in medio aquarũ non ẽ additum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum. in quo numerus binarius infamat: q: primus ab vnitate degenerat ⁊ diuiſionẽ ſignificat Unde in eo facta eſt aquarum diuiſio. Non eſt ergo mirum ſi hec dies ſcda q̃ illam reſpicit minus ceterĩ in officio dñice mortis purpuret inſignijs. Sed nõ eſt multum attẽdendum vtrum in ſecunda vel i tertia feria legat paſſio. Q: eñi quattuor euangeliſte paſſionem domini deſcripſerunt: idcirco ſm quẽlibz eoꝝ paſſio legitur ex inſtitutione Alexandri pape eo ordine quo ſcripſerunt: nam die dñica legitur paſſio ſm matthewm qui primus ſcripſit. Secunda vel tertia feria ſm Marcuz qui ſecundus ſcripſit. Quarta ſm Lucam q̇ tertius ſcripſit. Sexta feria ſm Johannem qui vltimo. Mediolanẽſes non legunt paſſionem niſi ſm Johãnem: ⁊ in ſexta feria. Sane paſſionem lecturus bñdictionem non petit q: in illa deſcribitur eſſe ſublatus qui autor eſt benedictionis. Unde non eſt a quo petatur. Legit quoqꝫ ſine luminaribus: q: ille morte extinctus nunciatur: q̇ ſꝫ Johannem lux eſt mundi: ⁊ vt repñtetur: q: eius diſcipuli tunc quaſi extincti ſunt quibus ipſe vineẽs dixerat. Uos eſtis lux mundi. Non fertur ẽt incenſuz ad notandum ꝙ tunc feruor deuotionis vel orationis q̇ ꝑ incenſum deſignatur ſignificari in apoſtolis tepuit vel potius. quaſi extinctus fuit. Legit ẽt ſine ſalutatione ſiue ſine Dominus vobiſcum. in deteſtationem ſalutationis iude. ⁊ ſine reſñſione. Non enim reſñdetur Gloria tibi domine: q: in ipſa exꝑmit ꝙ xp̃s fuit a ſuis ſeparatus per mortem corporaliter ⁊ ſpiritualiter qui metu mortis eo derelicto fugerant ⁊ nulla gloria ſibi erat. ¶ Nõ legitur ẽt tota ſub tono euãgelij: ſed cantus ꝟborum xp̃i dulcius moderant ad notandum ꝙ tã dulcius ꝟba xp̃i in ipſius ore reſonabant ꝙ in ore cuiuſlibet euangeliſte referẽtis eiuſus verba in tono euangelij proferuntur. Uerba ꝟo impijſſimorum iudeorum clamoſe: ⁊ cum aſperitate vocis ad deſignandum ꝙ ipſi xp̃o aſpere loquebant Jn fine tamen in quibuſdam eccleſijs bñdictio petitur incenſum portatur ⁊ ſub euangelij tono legit q: finita eſt iam narratio paſſionis ⁊ extunc omnia ꝟba ſunt euangeliſte narrantis q̃ poſt xp̃i mortẽ vſqꝫ ad reſurrectionẽ contigerũt. Jn alijs tamẽ eccleſijs finis paſſionis qui ad ſepulturam petinet in tono legit dolorose: vt planctus mulierum de paſſiõe xp̃i lamẽtantium deſignet. de quo planctu dicit dominus in euangelio. Filie hieruſalem nolite flere ſuper me ⁊c. ad maiorem deuotionem ⁊ amaritudinẽ propter xp̃i paſſionem in animis audientium excitãdum. Et legitur ſuper nudum pulpituz: prout ſub feria ſexta dicetur in offertorio. Eripe me: petit liberari ſicut ⁊ in reſponſorio: ⁊ eſt quarti toni propter formam crucis. Jn poſtcõmunione. Erubeſcant. petit perſecutores ſuos confundi ⁊ eſt primi toni. vt ſic in regione quieſcentium gaudeat.

¶ De tertia feria. Rubrica.

Tertia feria eſt ſimiliter de paſſione q: manifeſte querebant eum interficere: vt habetur in euangelio. Erat paſcha ⁊ azima poſt biduum ⁊c. q̇a eccleſia conſiderat ſalutem ſuam in cruce tripliciter ſcilicz in amore quẽ dominus noſter nobis oſtendit in cruce: ⁊ in imitatione crucis ⁊ in ſalute nobis data per crucem ideo dicit in introitu. Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri ieſu xp̃i ⁊c. ad Gal. vlt. Epiſtola vero eſt. Dicit hieremias. que eſt Hiere. xj. c. Et habẽtur in eo verba iudeorũ de crucifixione xp̃i. immittamus lignum in panem eius. i. ipſuz qui ſe dicit panem in ligno crucis. Audierant enim ꝙ ipſe dixerat Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. ⁊ hꝯ erat dictum per lignum crucis deſtruamus ipſum vl' doctrinam eius. Sequitur reſponſorium. Ego autẽ ⁊c. tertij toni propter triplex meritum qd̕ ibi notatur. Primum cum dicit Jnduebar cilitio. i. non oſtẽdebam eis deitatem: ſed aſperitatem humanitatis. et hec fuit humilitas ⁊ ſapiẽtia. Aliud notatur ibi. Humiliabam in ieiunio aiam meam. ſ. non reddẽdo malum pro malo: ſed ẽt pro eis orabam. ⁊ hoc eſt tertiũ Unde dicit. Et oratio mea in ſinu meo conuertetur ſupple ex quo eis non prodeſt q: nõ ſunt digni. Euãgelium vero Erat paſcha Mar. xiiij. eſt de paſſione vbi dicit ꝙ dñs crucifixus fuit hora tertia: ⁊ hoc dicit vt oſtendat eorum impetuoſitatem. q: ab hora tertia linguis eum crucifixerunt dicẽtes. Crucifige crucifige non ceſſantes. Jn offertorio petit ſe cuſtodiri a diabolo ⁊ a membris eius. Unde dicit. Cuſtodi me de manu peccatoris. i. diaboli ⁊ ab hoibus iniquis erue me. ⁊ eſt ſecundi toni. Jn poſtcõmunione Aduerſum me. oſtendit maliciam pſequentium ⁊ meritum patientiuz. Sequitur ibi. Et in me pſallebãt qui bibebant vinum ⁊c. i. filij diaboli qui inebriabãtur de calice babylonis.

¶ De quarta feria. Rubrica

Quarta feria eſt illa in qua dñs vẽditus fuit a iuda. q: nõ ſolũ voluit pati ꝑ nobis ſꝫ ẽt vẽdi vt liberaret nos a venditõe q: ꝑmus parẽs vẽdidit nos diabolo ꝑ eſuz pomi vetiti. Uñ

Eſa. Gratis venundati eſtis ⁊ ſine argento redime
mini. ¶ Similiter multi vendūt ſe diabolo p̱ momen-
taneā delectationē: ſicut Adā vēdidit ſe ꝑ eſu pomi
vetiti. Quarta ergo feria vēdit᷒ eſt ſol iuſtitie ad no
ſtrā ſalutē: ⁊ quarta feria format᷒ eſt ſol viſibilis ad
mūdi lucē. Orauit aūt dñs ſicut habeť in euāgelio
huius diei flexo genu. ⁊ idcirco in ītroitu q̇ eſt ꝓbi
lip. ij. c. inuitat eccleſia vt in nomine dñi omne genu
flectaꝭ celeſtiū: q: eoꝝ ruinā reparauit terreſtrium:
q: eos liberauit. infernoꝝ: q: eos eduxit de lacu in
quo nō erat aqua. vt dicit zacharias. ⁊ eſt tertij toni
ꝓpter triſtia que inuitant ad flectendū genua. Sequi
tur. Et oīs lingua cōfiteaꝭ q: dñs noſter ieſus xp̄s
in gloria eſt dei patris. ⁊ ſumiꝭ de apoſtolo. Uerūta
men ordinator officij intercepit verba illa. Et omnis
lingua confiteaꝭ: eo ꝙ iudaica ſilet. Deinde ſequiꝭ
lectio. Dicite filie ſyon: ecce ſaluator tu᷒ venit Eſa.
lxij. vbi habeť de mercede diciꝭ etiā ibi. Ecce mer-
ces eius cum eo ⁊c̄. ⁊ dixerūt angeli quoſdā enim la
tuit incarnatio. Quis eſt iſte qui venit de edom. id
de terra tinctis veſtibus: id eſt mēbris corporis que
ſunt veſtimēta dignitatis ſanguinis purpura tincta
de boſra. Boſra eſt ciuitas in Moab: ⁊ interpretaꝭ
firma ſiue munita. hoc eſt de inferno. id eſt de terre
na habitatione. Tranſlatiue enī Boſra eſt hieruſa-
lem quam dñs quondam ſuo firmauit auxilio: ſ; fa-
cti moabite: id eſt ex patre diabolo veſtes regis tin
xerunt purpura ſanguis. Rn̄dit ego qui loquor iu-
ſticiā ⁊ ſum ꝓpugnator ad ſaluādū: ⁊ dixerūt. Qua-
re ergo rubrū eſt indumentū tuū quaſi dicat. Qua-
re cruētatus es preſſura crucis: ſic tu iuſtitiā loque
ris. At ille rn̄dit. Torcular calcaui ſolus: ſc; pro om-
nibus vt omnes liberarenꝭ: ⁊ de gentibus nō eſt vir
mecum. Poſt lectionē vero cantaꝭ reſponſoriū. Ne
auertas faciem tuā ⁊c̄. in quo orat ipſe vt per paſſio-
nem veniat ad gloriā. Quia vero in agonia ꝓlixius
orauit vt habeť in euangelio: ideo ſumiꝭ offertoriu;
⁊ poſtcōmunio de pſalmo qui intitulaꝭ Oratio pau
pauperis cu; anxiareꝭ excepto verſu reſpōſorij qui
eſt Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vſq;
ad animā meā. Epiſtola eſt ſiſr de Eſa. liij. cap. Do-
mine quis credidit ⁊c̄. in qua etiā deſcribiꝭ in eodē
ſcemate in quo ab euāgeliſta repſentatur in paſſio-
ne vbi diciꝭ. Non eſt ei ſpecies neq; decor. et infra.
Sicut ouis ad occiſionē ducetur. Poſt epiſtolā ſe-
quitur tractus ⁊ inſolito modo: ſc; immediate. ⁊ hoc
ideo q: eccleſia artius luget ꝙ ſoleat ⁊ ſe plangit vt
dictū eſt in quarta parte ſub titulo de tractu. Tra-
ctus enī ſignificat planctū: ⁊ ideo in tota ſexta feria
nō dicunꝭ niſi tractus. Reſponſoriū vero eſt penitē
tium. ⁊ q: dñs non eſt iſta die crucifixus: ſed tm̄ ven
ditus: ⁊ ideo nō ſolū diciꝭ tractus: verſictiā ⁊ reſpō
ſoriū. Paſſio que ſequiꝭ Appropinquabat ⁊c̄. Luce.
xxij. c. cōuenit cū precedentibus: in qua exprimiꝭ cō
ſilium iudeoꝝ iude proditio dñi paſſio. Poſtcōmu-
nio eſt. Potū meū cū fletu miſcebā. potū ſcil; paſſio
nis quādo videl; ſudor eius erat ſicut gutte ſangui
nis decurrentis in terrā. Poteſt etiam dici ꝙ duo
ſunt nobis neceſſaria. ſc; oratio ⁊ patientia. ſm̄ qḋ
dicit dñs. Orate pro perſequētibus ⁊ calūniantib᷒
vos. Ad hec quidē duo īuitamur in introitu ad ora
tionem cū diciꝭ. In nomine ieſu omne genu flectaꝭ
ad patientia; exēplo ſaluatoris. De quo ſubiungiꝭ.
Xp̄s factus eſt ꝓ nobis obediēs ⁊c̄. nō eſt enī obe-
diens in tribulatiōe niſi qui libēter tolerat. Due le-
ctiōes iō leguntꝭ: q: hac die dñs traditus eſt ꝓ duo
bus ⁊ a duob᷒ pp̄lis: ⁊ in quibuſdā eccl'ijs ad vtrāq;
genua flectunt: q: ab vtroq; pp̄lo adoraꝭ. Preterea
hac die ſicut dicit Aug. cōſiliū inierūt iudei quomo
do ieſum dolo tenerēt ⁊ occiderēt. ⁊ iudas venit ad
eos: ⁊ pacti ſunt ſibi pecuniā ſe daturos ſicut ergo
eccleſia replicat in ſexta feria actus iudeoꝝ: ita ⁊ in
quarta conſiliū eoꝝ. Quidā aūt legūt primo lectio-
nem illā. Dicite filie ſyon. Et poſtea illa;. Domine
quis credidit. Alij vero ecōuerſo. Primi qḋē attēdūt
ſolum illud qḋ diximus. ſc; ꝙ venditio iude que fa-
cta fuit quarta feria paſſionē dñi ꝓceſſit: de qua vē
ditione fieri videꝭ ſermo in illa lectione. Dicite fi-
lie ſyon. in illo verbo. Ecce merces eius cu; eo. Alij
aūt attendūt ꝙ primus homo duas mortes icurrit
ſcil; carnis ⁊ aīe. ⁊ xp̄s nos ab vtraq; liberauit: ⁊ q:
mors aīe mortē corporis ꝓceſſit: ideo prius legūt le
ctionem illam in qua agiꝭ de morte anime ⁊ de libe
ratione ab ipſa. De morte agiꝭ in illa dñe quis cre-
didit ibi ⁊c̄. Omnes quaſi oues errauim᷒ ⁊ vnuſqſ-
q; in viam ſuā declinauit. De liberatiōe vero ſtati;
ſequiꝭ ibi. Dñs poſuit in eo iniquitatē eoꝝ omniu;
noſtroꝝ. ⁊ iterū. Si poſuit ꝓ peccato anima; ſuā vi-
debit ſemen longeuū. Ad animā etia; pertinet gra-
duale vnicū habens verſum ſc;. Ne auertas faciem
tuā a puero tuo. i. ab eo qui paruus ⁊ humilis appa
ret in experiētia tribulatiōis. Sequiꝭ verſus. Sal
uum me fac ⁊c̄. vſq; nō eſt ſubſtātia. Aque enī ſcilic;
ſeductiōis iudeoꝝ vſq; ad animā ſaluatoris tollen
dam peruenerūt. ⁊ illi qui erant limus ꝓfundi infir
mitati eius ꝓualuerūt. Sicut aūt ſaluator animam
ſuā poſuit ꝓ animaꝝ noſtraꝝ redēptione. ita ⁊ corp᷒
ſubiecit ꝓ corporū redēptione. Unī in ſcd̄a lectiōe d̄
ipſius corpe agiꝭ ſanguine ꝓprio rubricato vbi dꝭ.
Quis eſt iſte qui venit de edom ⁊c̄. ⁊ ibi. Quare ru-
brum eſt veſtimentū tuum ⁊c̄. Ipſe rn̄dit Torcular
⁊c̄. ⁊ q: de ſola miſeratiōe paſſus eſt dñs pro nobis
ideo ꝓpheta in perſonā eccleſie lectionem illā cōclu
dit dicens. Miſerationū dñi recordabor: laudē an-
nūciaui ſup oībus que reddidit nobis dñs deus no
ſter. q: vero p̱ quinq; ſenſus corporis peccauim᷒ ideo
ſequiꝭ tractus. Dñe exaudi oratione meam ⁊c̄. hñs
quinq; verſus ꝓpter quinq; vulnera xp̄i: ſeu q: quin
quies exiuit ſanguis ab eo. Primo in circūciſiōe ſe-
cūdo in oratione. tertio in flagellatiōe. quarto i cru
cifixione. quinto in lanceatione. ⁊ in ipſo tractu ge
nus humanū petit auxiliū ⁊ confiteꝭ defectū quem
ex peccato primi parentis incurrit cū dicit: q: defe
cerūt dies mei ſicut fumus. dies enī eſt vita hoīs cu
ius nox eſt mors. ſ; hec vita eſt abbreuiata: ⁊ d̄fecit
propter ſupbiā primi parētis que per fumū intelligi
tur ⁊ ſequitur. Oſſa mea ſicut i frixorio ꝯfrixa ſunt.
Oſſa ſunt viri interiores vel fortes qui ſunt eccle

ſia qui carnes.ideſt carnales ſuſtentant. Frixorius
enĩ triplex eſt ſcꝫ petõꝝ recordatio: primorum cõpaſ-
ſio: futuri iudicij meditatio. In his frigiſ bonus
homo. Claudiſ aũt tractus ſicut ⁊ lectio in miſeri-
cordia dñi.vñ vltimus verſus eſt. Tu exurgẽs dñe
miſereberiſ ⁊c. Hec igiſ quarta feria ꝑuilegiata eſt
qm̃ legunt in ea due lectiones ꝓpter ordinãdos in
ſabbato ſequẽti. Itẽ q: in illa die chriſtus vẽditus
fuit triginta denarijs ſicut ⁊ ioſeph triginta argen
teis: q: ſeruus non eſt ſup dñm: nec diſcipulus ſup
magiſtrum.xxvj.diſt. quis dubitet. ⁊ ab hac quar-
ta feria ſumptum eſt ꝙ ſemꝑ in quarta feria ieiuna
re ⁊ abſtinere a carnibus ⁊ carnalibꝰ deſiderijs de-
bemus ⁊ in memoriam vẽditionis chriſti hec feria
ſcdm̃ locum obtinet poſt ſextam feriam per totum
annum in ieiunijs penitentialibus.

¶ De quinta feria. Rubrica.

IN hoc tractatu quinte ferie cene dñi hͦ
ordine ꝓcedamus. nam ꝑmo gñaliter
dicemus aliqua de officio ſequentium
trium dierũ poſtea ſpãliter de officio
huius diei. Et ꝑmo de introductione
publice penitentiũ in eccl'iam ⁊ de ſacramentis qui
bus hec quinta feria ſpãliter inſigniſ. Scdo de tri-
plicis olei ꝯſecratione. Tertio de huius diei miſſe
officio vbi etiã agiſ de pedũ lotione ⁊ officio veſp-
tino. Quarto de altariũ denudatione: ⁊ tã de ipſoꝝ
ꝙ de pauimenti eccl'ie lotione: ⁊ de corporis dñi re-
ſeruatione: ⁊ de quibuſdam alijs.

PRenotandum eſt aũt ꝙ eccleſia luget
tribus diebus: q: tot diebus fuit dñs
in ſepulchro. Sicut enĩ Ionas fuit in
ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus no-
ctibus ita ⁊ filius hoĩs fuit i medio ter
re ⁊c. qd̓ ſynodochice dictum eſſe aſſerit Auguſti.
Nam pars illa ſexte ferie qua fuit in ſepulchro acci
pitur pro nocte ⁊ die ſexte ferie: ⁊ nox diei dñice ſi-
militer pro nocte ⁊ die ipſius diei accipiſ. Dies ꝟo
ſabbati integra eſt ſcꝫ nox cũ die ſuo: ideſt ſpacium
videlꝫ.xxiiij.horaꝝ. eſt ergo ſenſus. Fuit ergo dñs
in ſepulchro tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ideſt
tribus temporibus quoꝝ quodlibet ꝯſtat ex die ⁊
nocte. Sic enĩ loqui ꝯſueuimus: q: ſi aliquis etiam
minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco di
cimus eum ea die ibi fuiſſe. Fuit enĩ ſm̃ ſpm quaſ-
draginta horis in ſepulchro: videlꝫ quattuor horis
ſexte ferie: ⁊ vigintiquattuor ſabbati: ⁊.xij. noctis
diei dñice: q: quadrificum orbem morte tranſgreſ-
ſionis decem mandatoꝝ mortuũ viuificauit. Sed
ſm̃ ꝑmiſſa videſ ꝙ triduana dñi ſepultura debeat
celebrari ſexta feria ſabbato ⁊ die dñica. Sed re-
ſpondeſ ꝙ q: dñs in nocte diei dñice reſurrexit no-
ctem illam ad honorem reſurrectionis ſolẽniter ce-
lebramus. Unde neceſſe eſt ꝙ in quinta feria preue
niamus: ⁊ ita triduo.ſ. quinta ⁊ ſexta ferijs ⁊ ſabba
to humiliationẽ dñi in merore celebremus: q: et in
quinta feria iam interuenerat nepharium commer
cium iudaice ꝓditionis. Quidam tñ cuilibet ꝑmiſ-
ſorum trium dieꝝ.xxiiij. attribuunt horas volentes
chriſti defuncti exequias ſeptuagintaduabus ho-
ris celebrare ⁊ triſticiam ſeptuagintaduoꝝ diſcipu
loꝝ merito ꝑ hoc exꝑmere. ¶ Sane eccl'ia his die-
bus tenebras colit: et matutinas in tenebris finit.
Primo quia in luctu ⁊ merore eſt ꝓpter dñi paſſio-
nem: ⁊ ꝓpter eius triduanam mortẽ exequias cele-
brat triduanas. Scdo officium tenebraꝝ ſignificat
non tam tenebras materiales que fuerũt ſup faciẽ
terre dum pendebat ſol iuſticie in cruce. Fuit enĩ
eclipſis miraculoſa non naturalis ꝑ tres horas: vi-
delicet a ſexta hora vſqꝫ ad nonam incluſiue: ꝙ etiã
ſpũales que in illo triduo in cordibus fideliũ exti-
terunt. Tertia ꝑ hoc ꝙ tenebras colit tenebrarum
primatus inſinuaſ: qui his diebus inceperunt ꝑce-
dere dies: ꝓut ſub ſabbato ſancto diceſ. ¶ In his
ꝟo tribus diebus ſilẽt campane: q: tunc ſiluerunt
apoſtoli ⁊ ꝑdicatores ⁊ alij qui per campanas itel-
ligunſ. Sonus aũt campanaꝝ ſignificat ſonũ ꝑdi-
cationis de quo diciſ. In oẽm terram exiuit ſonus
eoꝝ. Non enĩ iam circuibant euangelizando vicos
⁊ vrbes: ſed hymno dicto exierũt cũ ieſu in montem
oliueti: qui cũ dñs dixiſſet. Ecce appropinquat qui
me tradet. pre triſticia dormitauerũt ⁊ a laudibꝰ cõ-
ticuerunt. Unde ⁊ a completorio ſiue a veſpera qua
dñs traditus fuit campanaꝝ ſilentiũ incboaſ. Ave-
ſpera aũt qua dñs traditus eſt: qñ videlꝫ diſcipuli
fugerunt campanis ſilentiũ indiciſ. Alij videlꝫ ad
primam huius quinte ferie: ⁊ non vlterius pulſant
campanas. Fit tñ ſignũ cũ tabula. Primo ad ſigni-
ficandũ xp̄i humilitatẽ qui ſe abſcondit: ⁊ vſqꝫ ad
mortem ⁊ ſepulturã ſe humiliauit. ligni quidẽ vſus
humilior eris ſono hoc oſtendit ⁊ inde eccl'ia orien-
talis vſum adhuc tenet lignoꝝ et vt ppl's humilior
reddaſ. Scdo ꝑ ſignum tabule terrorem accipimꝰ.
Tabula ergo ꝑcutiſ: q: magnus timor apl'is a iu-
deis incutiebaſ. Tertio ꝑ lignum in ligno malleuꝫ
ſcꝫ in tabula ſuſpenſum intelligimus xp̄m qui eſt li
gnum plantatũ ſecus decurſus aquaꝝ qui in cruc
ligno pependit: ⁊ pendẽs orabat ⁊ ꝑdicabat dicẽs
Pater dimitte illis q: neſciũt quid faciũt. Cum li-
gno tñ pulſant: q: tũc ſolus xp̄s ꝑdicator habebaſ
⁊ ſolus torcular calcauit. Quarto ꝑ tabulam ipſaꝫ
lignum fructiferꝝ ſcꝫ xp̄s ꝑ malleum quo tabula ꝑ-
cutitur lignũ preuaricationis ſignificaſ. Quinto id̓
campane ⁊ non ſignũ tabule vel alterius hmõi ſilẽt
q: lꝫ maiora ſigna noſtra: videlꝫ apl'i a laude dei in
chriſti paſſione ſiluerunt. minora tñ ſigna vt mulie-
res non ſiluerunt imo ſecute ſunt ſpm vſqꝫ ad crucẽ
¶ Principia qͦꝫ horaꝝ.ſ. Deus in adiuto. ⁊ finẽ ſcꝫ
per dñm ⁊ Benedicamus ⁊ hmõi dimittunſ: quia
receſſit ⁊ a nobis ablatus eſt ſacerdos ⁊ paſtor bo-
nus qui eſt alpha ⁊ o.i. principium ⁊ finis: qui etiã
eſt ſummus ſacerdos ⁊ caput noſtrũ. ⁊ traditus im
pijs: nec eſt a quo petamus ꝙ intẽdat in adiutoriũ
noſtrum ꝑcuſſo nãqꝫ paſtore noſtro diſcipuli eius
diſperſi ſunt ſic ergo iſtud officiũ qd̓ caret ꝑncipio
⁊ fine: quaſi mortuum ⁊ viduatũ videſ: q: ⁊ patres
noſtri viduati poſt mortẽ chriſti fuerunt. non diciſ
etiam Gloria patri: q: in chriſti paſſione abſcõdita.

fuit foꝛtitudo gloꝛie ipſius xp̄i:⁊ in eius moꝛte trini
tas viſa eſt extincta:in cuius laude dicit̄ ille verſus
D: hoc etiam ſub dn̄ica de paſſione dictuꝫ eſt. Hoc
etiam notatur in quibuſdam eccleſijs in quib⁹ his
diebus duo tantum cerei ante altare ardent tertio
extincto:ꝓut ſub ti. de paſcha dicet̄. ¶ In his quo
qꝫ tribus diebus ſalutatio non fit:q: dn̄s vobiſcuꝫ
non dicitur vt vitetur peſtifera ſalutatio per quā iu
das tradidit xp̄m dicens. Aue rabi. Pax etiā nō da
tur ꝓ eo ꝙ iudas oſculo tradidit xp̄m:⁊ q: in duob⁹
ſequentibus diebus in altari nō cōſecratur nec di-
citur. Pax dn̄i ſit ſemꝑ vobiſcū. nec dona nobis pa
cem. In quibuſdā tn̄ eccleſijs datur hodie pax. pꝛo
eo ꝙ die hac ſacramentū ſacramentoꝝ ſcꝫ eucharí-
ſtie inſtitutū eſt. His quoqꝫ diebus fit officium hu
milius ſolito pꝛopter dn̄i humiliationē:⁊ triduanaꝫ
eius ſepulturam quam celebꝛamus. Uerūtamen no
cturnale officiū per qđ ſignificant̄ pꝛophetie ꝓphe-
tarum alta voce ⁊ manifeſtius cantatur: q: ꝓphete
⁊ alij ſancti patres veteris teſtamenti alta ⁊ aperta
voce que de xp̄o erant ventura pꝛedixerūt:⁊ qđ ſpi-
ritusſanctus ſibi dictabat remota foꝛmidine nūcia-
runt. Diurnū vero officiū per quod apoſtoloꝝ pꝛedi
catio figurat̄ voce demiſſa ⁊ quaſi ſub ſilentio can-
tatur:q: tunc apoſtoli oīno tacuerūt aut ſaltē occul
te p̄dicauerūt. Incipit aūt tenebꝛaꝝ offm̄ zelus do-
mus tue comedit me. i. amoꝛ vehemens eccleſie fuit
cauſa quare paſſus ſum. Non dicitur inuitatoꝛiū ne
inuitemur:ſed potius per ſilentium deteſtemur pe-
ſtiferum iudeoꝝ conſilium ⁊ cōuentum factum vt ie
ſum caperent in ſermone:⁊ cū moꝛti traderent. Pꝛe
terea tūc apl'i diſperſi erant qui alios ad dn̄m inui-
tare ⁊ ꝓuocare ꝯſueuerūt. Hymnus etiā laudis nō
dicitur:q: tunc fact⁹ eſt oppꝛobꝛiū hoīum ⁊ abiectio
plebis. ¶ Finis dn̄ice oꝛonis q̄ dicit̄ ante lectiones
dicit̄ in ſilentio ꝓ eo ꝙ de euāgelio ſumit̄. Nā tunc
euāgelica enunciatio fugientib⁹ apoſtolis ceſſauit:
⁊ eſt adnotādū ꝙ xp̄s cuius eſt ipa oꝛatio auulſus
a ceteris ⁊ quaſi in ſilētio oꝛauit:ſed cuꝫ ſit ſonit⁹ ꝑ
tactum ligni cuꝫ manu:q: ⁊ xp̄s in ligno crucis pen-
dens voce magna clamauit. Nō dicit̄ etiā in lectio-
nibus Jube dōne benedicere:nec tu aūt dn̄e: q: re-
ceſſit paſtoꝛ ⁊ ſacerdos qui gregi benedicere ⁊ miſe
reri debet. Sed q: illum ꝓpter peccata amiſim⁹ ad
hoc vt eum recuperare valeamus ammonemur per
verſum illū. Hieruſalē hieruſalē cōuertere ad domi
num deuꝫ tuū. qui in fine lectionū dicit̄:vt ad pniaꝫ
conuertamur. nā poſt luctuꝫ poſſum⁹ gaudere. Per
hoc aūt qđ dicitur bis hierl'm agitur duritia iudeo-
rū ⁊ pctōꝝ ſicut alibi in euāgelio. Hierl'm hieruſalē
que occidis ꝓphetas ⁊c̄. ¶ Rurſus per Jube dōne
intelligunt̄ ad pꝛedicationē euntes. per Tu autem
inde redeuntes. Ideo ergo neutrū dicit̄ qm̄ apoſto
li quos repꝛeſentāt qui lectiōes legunt his diebus
fugerāt. Unde nec ad pꝛedicationē miſſi ſunt. nec q̄
miſſi erant ſublato dn̄o redierunt. Omnes antipho
ne ſunt de paſſione ⁊ compaſſione. In his etiaꝫ tri-
bus noctibus nouem pſalmi:nouem lectiones ⁊ no
uem reſponſoꝛia diuiſim ꝑ ſingula nocturna cantā-
tur ad oſtendēdum ꝙ xp̄s in infernum deſcendens
tria hominum genera:ſcilicet virgines. coniugatos
⁊ continentes. inde rapuit ⁊ ad angeloꝛuꝫ ſocietatē
tranſuexit:que tria genera in euangelio diſtinguū-
tur per eos qui in mola per eos qui ī agro ⁊ per eos
q̄ in lecto ſunt. ¶ Tria ergo hoīm genera:ſcꝫ q̄ fue-
runt in lege naturali:⁊ in tempoꝛe legis ⁊ ꝓphetaꝝ
per tria nocturna recolimus:⁊ ſicut illi per moꝛtem
domini in tribus ſociati ſunt nouem oꝛdinibus an-
geloꝝ:ſcꝫ in actionibus. cognitionibus. ⁊ gaudijs.
ita per tres noctes dn̄ice ſepulture nouem pſalmi.
nouem lectionibus:⁊ nouem reſponſoꝛijs ſubdunt̄.
pſalmi enim ad actiones. lectiones ad operū dei co
gnitionem. reſponſoꝛia vero ad gaudiuꝫ ⁊ ad cantū
pertinent angeloꝝ. Ceterū tres lectiones vel in qui
buſdaꝫ eccl'ijs ſex ſunt de trenis. Hiere. deflētis ca
ptiuitatē populi ſui. non ſolū babylonicam:ſed etiā
romanam quaꝫ incurrunt ꝓpter paſſionem domini
⁊ ideo dicunt̄ lamentabiliter in perſonā ſanctoꝝ de
iudeis q̄ deflēt caſuꝫ gētis ſue. Sicut eī̄ ille deplo
rauit moꝛteꝫ Joſue regis occiſi:in futuram deſtru-
ctionem gētis. ita ⁊ nos deploꝛamus moꝛtem ⁊ paſ-
ſionem xp̄i regis ⁊ noſtri. In fine autem lamētatio
num dicit idem Hiere. Spiritus oꝛis noſtri xp̄s do
minus captus eſt ī peccatis noſtris. Alie vero tres
ſunt de expoſitione pſalmi tractantis de paſſione:⁊
ideo voce depꝛeſſa leguntur:tres vltime de epiſtola
Pauli. i. ad Coꝛin. xj. Conueniētib⁹ vobis invnū ⁊c̄.
vbi oſtēdit apoſtolus quomodo debꝫ cena domini
ſumi. Ex quibus ſex lectionib⁹ apparet ꝙ pꝛophete
pꝛeuiderunt xp̄m occidēdum ⁊ apoſtoli docent occi
ſum. Dicuntur autem treni. i. lamētationes a trena
ro monte vbi lamēta animarū que ibi puniunt̄ ſepe
prohemio quinte partis. merito in dictoꝝ ſanctoꝝ natalicijs ſpālr pꝛemittunf antiphonis: ad notādū ꝙ ipſi excellentius laboꝛes ⁊ bonoꝝ opeꝝ fructus ſuis natalicijs ⁊ martyrijs pmiſerūt. Jtē in quibuſdā eccl'ijs antipho. de martyrio btī Petri ꝑpoſtere pꝛeponunf verſibus: ideo q: ipſe petijt vt in cruce caput ſuū ad terrā verteref. Hi aūt verſus tropi vocanf quaſi laudes ad antiphonas ꝯuertibiles. tropos eñi grece ꝯuerſio dꝛ latine: q: ꝗ ſemꝑ ſanctam trinitatē laudare debemꝰ: ideo ad miſſam dꝛ introitus. Bñdicta ſit ſctā trinitas: quē Alchuinus ſumpſit de thobia. xij. poſtmodū ſequif ep'la de Apoc. Uidi oſtium aptū in celo ⁊ in circuitu ſedis. i. eccleſie que eſt ſedes dñi. mare vitreū. i. baptiſmū i quo ſubmergunf oēs egyptij. i. oia pctā. Et nota q: dicit mare vitreū ꝓpt coꝛpoꝛis fragilitatē ⁊ ꝑſpicuitatē quā recepit in baptiſmo ⁊ eſt in circuitu: q: ad eccl'iam venire nō poſſumus niſi ꝑ baptiſmū. Sequitur. Siſe criſtallo: q: qui pus erant aque fluxibiles ſunt ꝑ grām in baptiſmo acceptā firmi ſicut criſtallus q fit ex aq̈ ꝯgelata ⁊ diuturno gelu in naturā lapidis ꝯſolidata. Et hec eſt vna cā q̄re in hac die legif hec ep'la: q: in ea dꝛ de baptiſmo in quo ꝑ inuocationē trinitatis danf ſepte dona ſpūſſancti. ſcða rō eſt q: in ea inuitamur ad laudes trinitatis cum ibi ſequaf ꝙ aialia plena oculis ante ⁊ retro. i. prelati dabāt gl'iaꝫ ⁊ honoꝛē ⁊ bñdictione ſedenti ſuꝑ thꝛonū viuenti in ſecula ſcl'oꝝ. Sedēs aūt ſuꝑ thꝛonū eſt deꝰ trinitatis. vñ ſequif. Et pcidebāt. xxiiij. ſenioꝛes in facies ſuas mittentes coꝛonas ante eū. hoc ſignificat ꝙ oia bona nr̄a debemus attribuere ei: itaq3 omē illud ex quo meremur coꝛonā ſequif ⁊ nō habebāt requiem dicentia. Sctūs ſctūs: ⁊ ideo i introitu ⁊ in alijs officijs totiēs repetif. Bñdicta ſit ſctā trinitas: ⁊ ꝓpt hoc reſponſoꝛiū. ſiue etiam graduale qð ꝛñdet ep'le eſt. Bñdictus es dñe qui intueris abyſſos. Danie. iij. c. verſus eſt. Bñdicite deū celi. Thobie. xij. c. ⁊ all'a. Bñdictus es dñe ⁊c̄. Offerto. Bñdictus es dñe: ⁊ poſtcōio. Bñdicimꝰ deū celi ⁊c̄. Thobie. xij. c. Euāgeliū eſt. Erat hō ex phariſeis nicodemꝰ. in quo habef de baptiſmo qui in inuocatiōe ſctē trinitatis ſanctificat baptizatos. Jn alijs vo eccl'ijs dꝛ ep'la. Gaudete pfecti. que eſt Coꝛ. vlt. c. Et in alijs dꝛ. Uidi oſtiū. que eſt Apoc. iiij. ⁊ euāgeliū. Cū venerit paraclytus. Joh. xiiij. c. Sciēdū eſt ꝙ hyſtoꝛias de ſctā trinitate ⁊ de inuētiōe ſcti ſtephani cōpoſuit ſctūs ſtephanꝰ laudiceſi.

¶ Rurſum cū atthila rex q̇ chꝛiſtianos ꝑſecutꝰ eſt fere oia volumina chꝛiſtiane religiōis deſtruxiſſet. Alchuinus magr̄ karoli ⁊ ludouici filij eiꝰ: rogatu bonifacij archiep̄i maguntini miſſa de eccl'iaſticis officijs ꝯſcripſit. vñ ⁊ maguntiñ. ꝯcilio appꝛobāte: vt hꝛ de ꝯſe. di. v. inſtituit ꝙ a feſto paſche vſq3 ad dñicam iſtā tres tm̄ dicerenf lectiōes: ⁊ hac die de trinitate cantari vſq3 ad dñicam ſequētē ⁊ tūc incipere. Dñe in tua miſericoꝛdia ⁊c̄. ⁊ cōpoſuit offm̄ ð trinitate. videlꝫ reſponſoꝛiū. antiphonas. miſſam. ⁊ ſequentiam. que oia obtulit. Alexan. pape. Jlle vo ꝛſidit nō eſſe celebꝛandū feſtū de trinitate: ſicut nec de vnitate. Nam ſingulis diebus fit feſtum trinitatis ⁊ vnitatis: q: ſemꝑ dꝛ Gl'ia patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſancto: et pmiſſas hyſtoꝛias ⁊ offm̄ non admitit. ex de fe. c. ij. Uerꝝ ſuꝑueniente hereſi arriana: fere fuit fides trinitatis extincta: ſꝫ Hylarius Euſebius et Ambꝛoſius reſtiterunt. Conſenſit igif eadeꝫ de cā Greg. magnus vt de trinitate ſpālia cantaremus: ⁊ eccl'ias in ipſius honoꝛē edificaremus. Exinde ꝗ eſt ꝙ de hyſtoꝛia trinitatis inuenif varia ꝯſuetudo. Alij nāq3 non vtunf ea ſequentes repꝛobationem Alexan. pape. Sꝫ in qualibet dñica ab octaua penthecoſ. vſq3 ad aduentū cantant in nocturnis nonū reſponſoꝛiū de trinitate: niſi feſtū aliqð impediat: vt eam ꝯfiteanf ꝑ quā ſaluanf: ⁊ in miſſa all'a eam hilariter pfitentes: vt dictū eſt ſub quarta pte ſub titu. de all'a. Alij vo vtunf ea cantantes eam in hac pꝛima dñica ſequētes pmā inſtitutionē Alchuini. Alij ponūt eam in fine tpis declinatiōis ſcꝫ in vltima dñica: videlꝫ ante dñicam de aduentu ſequētes vltimā pbationē Greg. Romani ꝗ nunꝗ̄ de trinitate celebꝛant feſtū: nec etiā has octauas faciunt: ſed in pma dñica poſt penthe. incipiunt hyſtoꝛiam Pꝛeparate. ſeu Deus oim. Alij vo celebꝛant hodie de octaua. ſ. de ſpūſctō: ⁊ ponūt eandē ep'lam ⁊ idē qð pꝛediximus euangeliū ꝓpter baptiſmatis ſacramentū. ceteris obſeruatis ſicut in die penthe. Celebꝛant aūt octauā ad inſinuādū pfectionē vel ꝯſummationē opeꝝ ſanctiſpūs. Per ſeptem eñi dies operatio grē ſeptifoꝛmis. in octaua vo ꝯſummatio declaraf. Et qm̄ in octaua redit ad caput: ideo oia ſicut in die feſto a veſpera in veſperam. in ipſis veſperis ⁊ tribus nocturnalibus pſalmis obſeruant. De his octauis Augu. dicit. Celebꝛationē octauarum feriaꝝ noui hoīs celebꝛamus. Baptiſmus. neophitoꝛum lꝫ in ſabbato peragaf. ad illū tamen baptiſmum ꝑtinet quem apl'i ſuſceperunt in die penthe. cuius octaua dies eſt dñica ſequēs. Qui vo ponūt hyſtoꝛiā. Pꝛeparate. ſeu Deus oim. melius faciūt. q: romanam ſequunf eccl'iam noſtre peregrinationis recolentes ⁊ ꝑcurrentes hyſtoꝛiam. Nam ꝑ ſeptuageſimam ſignificamus expulſionē generis humani de patria paradiſi: ꝑ quadrageſimā ſeruitutem ppl'i ſub pharaone: ꝑ paſcha imolationē agni: per quadraginta dies paſchales. xl. annos in deſerto: per rogationes terre ꝓmiſſionis ingreſſionem: per ſeptē dies penthe. in quibus. vij. dona diuiduntur terre date diuiſionem: ꝑ tp̄s qð ab hodie ſequitur ſignificamus ppl'i afflictionem ⁊ gubernationē factam per iudices ⁊ reges: ideoq3 ſequunf quatuoꝛ libꝛi regum pꝛout in ſequenti ti. dicetur.

¶ De pꝛima dñica poſt penthe. Rubꝛica.

Hic dicendum reſtat de pꝛima dominica poſt penthe. que eſt vna de pncipalibus dñicis: ⁊ incipit hic quartum tēpus peregrinationis: q: ſumus in via veniendi ad patriam. Sed q: hoſtes habemus pꝛiuſꝗ̄ illuc ꝑueniamus ſcꝫ carnem: mundum ⁊ diabolum. ideo legitur de libꝛis regum: in

quibus agitur de bellis ⁊ de victorijs vt inuitemur
ad pugnandũ fortiter cõtra hoſtes ⁊ victoriã habea
mus: ſicut iudei de philiſteis: ⁊ tãdem gloriemur in
celis: q: nõ eſt nobis tm̃ lucta aduerſus carnem: ſed
etiã aduerſus aereas ptãtes. Un̄ primo dicimus in
veſperis. Bñdictus dñs deus meus ⁊c̃. hyſtoria eſt
Deus oĩȝ. ſeu ẜm ro. ꝓ̄reparate. ſed q: bellũ ſine diſ
cretione nõ bene geritur: ideo ſequẽti tp̃e ſubiũgũ
tur libri ſalomonis. Itẽ q: inſurgũt vitia cõtra que
neceſſaria eſt patiẽtia: iõ ſubſequẽter ſubiungit̃ hy
ſtoria de Job. Recte ergo inuitamur ad pugnaȝ: q:
poſtꝙ̄ digni ſumus in numero iuſtoꝝ haberi per li
bꝛũ numeri iam plectũ ⁊ in ſtatu ꝑfectiõis ꝑ nouam
legẽ ſcȝ deute. in quo habet̃. Diliges dñm deũ tuuȝ
ex toto corde tuo ⁊ ex tota aĩa tua. ⁊ ſumus ſub ieſu
ꝑ librũ ioſue ⁊ ſub iudicibus. i. prelatis ꝑ librũ iudi
cum: ⁊ ſumus ſine acceptiõe ꝑſonaꝝ per lib. ruth: q̄
fuit moabitis. reſtat tñ pugnare: q: tunc magis ten
tat diabolus: ⁊ ſic ordinant̃ libri regũ in quibus tra
ctat̃ de bellis ipſoꝝ ad alios libros. Adaptant̃ etiã
taliter prime q̄ttuor dñice q̄ttuor libris reguȝ: ꝓut
dicet̃ ſub. iiij. ⁊ ſub. vij. ⁊ ſub. xv. dñicis. Legunt̃ au
tem in tali tp̃e ⁊ poſt miſſionẽ ſpũſſcti: ⁊ poſt feſtuȝ
trinitatis: q: qñ accipim⁹ grãm ſpũſſcti extunc ſum⁹
filies deo: ⁊ filij ſum⁹ ſummi regis: ⁊ ꝑ ꝯñs ſumus re
ges. vñ in Apoc. Fecit nos reges ⁊ ſacerdotes deo
⁊ pr̃i ſuo ⁊c̃. Pe. in canonica. Uos eſtis gen⁹ electũ:
regale ſacerdotiũ ⁊c̃. eccẽ ſac. vnc. ẜ cũ ſimus reges
⁊ habeam⁹ aduerſarios: non reſtat niſi vt regnũ no
ſtrũ defendamus: q: ex hoc nobis inuidet diabolus
q: ad illud regnũ ſumus aſſumpti. vñ fuit deiectus:
⁊ ideo nobis grauis iminet pugna. Nẽpe oſtẽditur
nobis dauid in exẽplũ qui vicit ꝑ humilitateȝ ⁊ per
iocũditatẽ mentis ⁊ vnctus fuit ter. Pmo a ſamue
le in bethleem in ſignũ regni. Scdo ſuꝑ domum iu
da in regem: ſuper tribu iuda a viris iuda in ebron.
Tertio iteꝝ in ebron ⁊ in ꝯfirmatiõe regni ſuꝑ totũ
iſrael. Similiter nos ſi bene pugnabim⁹ ter inunge
mur. pmo in bapt. in ſignũ regni. ſcdo ĩ ꝯfirmatiõe.
tertio in paradiſo qñ regnuȝ nr̃m ꝯfirmabit̃. Saul
nobis ꝓponit̃ exẽplum qui per inobedientiã amiſit
regnũ. vnde non ſimus inobediẽtes ſicut ipſe fuit.
ne ꝑdamus regnuȝ eternũ. Dauid aũt fuit humilis
in oĩbus opibus ſuis: qḋ patet: q: cum luderet coraȝ
archa dñi indutus ephot lineo: dpoſitis regalibus
veſtibus deſpexit eũ michol filia ſaul dicẽs ei ꝙ nu
datus fuerat ſicut vnus ḋ ſcurris. ⁊ ille rñdit. Ludã
⁊ vilior fiã ante dñȝ q̇ elegit me ⁊c̃. Itẽ qñ venit ad
eũ nathan. ꝓpheta ⁊ redarguit eũ ḋ pctõ ſuo publi
ce penituit. Itẽ iocũditatẽ mẽtis habuit: ⁊ oĩa bõa
a ſe facta ad deũ retulit. vñ de eo cãtat eccl̃ia. Pre
ualuit dauid in philiſteũ ĩ funda ⁊ lapide in nomie
dñi: ecce exultatio ĩ deo. nõ eñi ĩ ſe ꝯfidebat. Fũda
dauid eſt p̄dicatio ꝑ quã fundã p̄dicatiõis eijcitur
diabolus de cordib⁹ hoim eũ ꝑ durã rep̄henſionẽ in
cutitur timor ⁊ ꝯcipit̃ pnĩa lapis ṽo dura rep̄hẽſio
eſt: q: ergo hmõi victoria habet̃ per humilitateȝ: iõ
ad miſſam incipit introitus. Dñe in tua mĩa ſperaui
ecce humilitas dauid. exultauit cor meũ ecce mẽtis
iocunditas. ꝑ hec duo vincitur pugna: ⁊ q: ille ſolus
vincit qui nihil ſibi ſed oĩa bona ſua deo attribuit ⁊
ſperat in eo: iõ hñ ſequit̃ oẜo. Deus in te ſperãtium
⁊c̃. poſtea ſeq̄t̃ ep̄la ḋ charitate. De⁹ charitas eſt ⁊c.
Joh. iiij. c. q: per charitatẽ reges ſumus ⁊ per eam
facimus bona opera meritoria regni: ꝑ que regnum
noſtrũ defendimus ⁊ cõſeruamus. vnde ſequitur in
hoc. Appuit charitas dei ⁊c̃. poſt Deus charitas ẽ
⁊c̃. ibi etiam oſtenditur ꝙ diligere debemus deuȝ ⁊
proximũ. in euãgelio autem Homo quidam erat di
ues. Luc. xvj. c. Oſtenditur ꝙ nõ debemus dilige
re diuitias per diuitem qui induebatur purpura et
biſſo: ⁊ per penam eius vt enim dicitur Eccle. v. ca.
qui amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis. qui amat
ſcȝ amore libidinoſo. naturali ṽo vel charitatiuo po
teſt: quia diuites cuȝ iuſticia ⁊ bonis operibus nõ
obijcim⁹. xxx. di. hoc ſcripſimus. habet̃ enim in euã
gelio de mendico lazaro in cuius perſon ȝ ĩcipit gra
duale. Ego dixi dñe miſerere mei. Et ſequitur Uſus
de opibus mĩe. Beat⁹ qui ĩtelligit ſuꝑ egenũ ⁊ pau
perem. i. intelligit ⁊ p̄cogitat illud qḋ eſt in egeno ⁊
paupe. ſ. egeſtas ⁊ pauꝑtas: vt ei ſubueniat. dicit ei
Brego. ꝙ debem⁹ eos vocare patronos amicos no
ſtros: q: etiaȝ fratres nr̃i ſunt: ⁊ ſic facere nobis ami
cos de mãmona iniq̄tatis ⁊ de male acq̄ſitis: vt cuȝ
defecerimus ꝑ mortẽ recipiãt nos in eterna taber
nacula hoc nõ fecit diues ille in epulo: ⁊ quia in ali
quo noluit pauperi ſubuenire: iõ cũ eo diſtictiſſime
fecit dñs vt nõ poſſet hr̃e guttã aque ad refrigeriũ
lingue: ⁊ iõ ſequit̃ all'a. Deus iuſtus iu. for. ⁊c̃. poſt
ea ſequit̃ offer. in ꝑſona mẽdici. ſ. Intẽde voci oẜo
nis mee. ⁊ q: non obliuiſcit̃ deus orationes paupe
rũ ſequit̃ poſtcõio. Narrabo oĩa mirabilia tua pſal.
di. ⁊c̃. in quibuſdã tamen eccl'ijs legitur hodie euan
geliũ. Eſtote miſericordes. qḋ eſt Lu. vj. c. ⁊ eſt ſciẽ
dum ꝙ Urbanus papa quartus ſtatuit fieri feſtum
de corpore xp̄i quinta feria poſt hanc dñicam conce
dens magnam indulgẽtiam tam clericis officianti
bus q̄ populis cõuenientibus ad diuina: prout in
officio ſuper hoc ordinato habetur.

¶ De ſcd̕a dñica poſt penthe. Rubrica.

Dictuȝ eſt ꝙ prima cauſa qua defen
dimus regnũ noſtrum eſt charitas
que dilatatur per conſiderationem
eternarum nuptiaruȝ. de quibus in
Apoca. Beatus qui vocatus eſt ad
cenam nuptiarum agni. vnde ĩ hac
ſcd̕a dñica habetur de hmõi cena in euãgelio Luc.
ix. c. Homo quidã fecit cenã magnã: ⁊ vocauit mul
tos: ⁊ miſit ſeruos ſuos hora cene dicere ĩuitatis vt
venirent ⁊c. hora cene eſt ex quo porta paradiſi ap
ta eſt per xp̄m. ſequitur ⁊ ceperũt ſe oẽs ſimul excu
ſare. nam primus dixit. villam emi ⁊ neceſſe habeo
videre illã. Scd̕s dixit. iuga boũ emi quinq;: ⁊ eo ꝓ
bare illa. Tertius vero dixit vxorem duxi: ⁊ iõ non
poſſum venire. Dominus vero dixit ad ſeruũ. Uade
⁊ compelle intrare vt domus mea impleatur. Mul
tos eñ compellit intrare per tribulationes, illi vero

qui vocati fuerant nõ venerũt: q: auari qui ꝑmum ſe
excuſant ſuꝑbi vel guloſi q̇ per ſcdm: ⁊ luxurioſi q̇
per tertium intelliguntur: hac cena ſe reddunt indi-
gnos. vnde verſus. Uilla boues: vxo: cenam clauſeꝛ
vocatis. Mundus cura caro celum clauſere renatis
Et q: in hoc iſti ſe reddunt indignos: ideo dominus
alios vocat: q: vero per conſiderationem huius ce-
ne dilataꝛ charitas: ⁊ q: dominus protegit habẽtes
charitatem. ideo incipit introitus. Fact⁹ ē dñs ꝓte-
cto: meus: ⁊ eduxit me in latitudinem charitat. Se
quitur verſus de charitate. Diligam te domine forti
tudo mea ⁊c. In oratione vero petit charitatẽ. Sã-
cti nominis tui ⁊c. In epiſtola nolite mirari. j. Jo.
iij. habetur de vita eterna per cuius intuitum amo:
concipitur. ⁊ ſequitur in fine de charitate. Filioli nõ
diligamus verbo neq; lingua: ſed opere ⁊ veritate.
Hec eſt lingua doloſa: qua dicunt amatores mundi.
Rogo te habe me excuſatum. Dicunt etiam homis ⁊
ſanctis viris. Rogate pro nobis: ⁊ tamen venire nõ
curant: ⁊ attẽde ꝙ duo primi excuſant ſe. Per ꝑmũ
enim ſuperbi intelliguntꝛ. Per ſecundum omnes qui
delectanꝛ in quinq; ſenſibus corporis. Per tertium
vero luxurioſi qui ſe nõ excuſant: q: non habent co:
ſicut habetur in oſee. iiij. c. Fornicatio vinum ⁊ ebrie-
tas auferunt coꝛ. Magis enim abſorbet hoiem for
nicatio ꝙ ſuꝑbia vel auaritia. Q: ergo vt dcm̃ ē lin-
gua taliũ excuſantiũ ſe dr̃ lingua doloſa: iõ eccleſia
a lingua doloſa petit liberari in rñſorio. Ad dñm cũ
tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. In vſu. Dñe libe
ra me ⁊c. ⁊ q: ꝑfectus ē qui nõ peccat in lingua: iõ in
ſcdo tono cantaꝛ. Poſtmodũ ſequiꝛ all'a ſtr de cha-
ritate. Diligam te dñe fortitudo mea ⁊c. Q: vero cõ
ſideratione vite eterne cõcipitur charitas viſa cena
petit conuerti in offertorio. Conuertere dñe eripe. ⁊
q: ibi cantabimus vocaliter. vt ait Caſſiodo:⁹ ſuper
pſalmiſtã. Omnis ſpũs laudet dñm: nõ erit ibi tãtũ
cena: ſ; matina ſolẽnitas. Uñ Treñ. j. Uie ſyõ lugẽt
eo ꝙ non ſint qui veniant ad ſolẽnitatẽ. Jõ in poſt-
cõmunione ꝑmittit ſe cantaturũ ibi domino dicẽs.
Cantabo dño q: bona tribuit mihi ⁊ pſallam ⁊c.

De dominica tertia. Rubrica.

Tertia cauſa quare inflãmamur ad
defendẽdũ regnũ nr̃m eſt cõſidera-
tio beniuolẽtie dei q̃ nos cuſtodit ⁊
diligẽter q̃rit. ideo in euãgelio hu⁹
dñice. Erant approꝑinquãtes Luce.
xv. c. hr̃. Quis ex vobis hõ hñs cẽtũ
oues. i. angelos ⁊ hoies. ⁊ ſi ꝑdiderit vnã. ſ. hominẽ.
nõne relinq̇t nonagitanouẽ in deſerto. i. in celo ⁊ va
dit q̃rere ꝑditam ⁊c. aut q̃ mulier hñs dragmas de
cẽ. ſ. angelos ⁊ hoies. ⁊ ꝑdit vnam. ſ. hoiem in q̇ ima-
ginẽ ſuã depinxerat nõne accẽdit lucernam. i. natu-
ram humanam in q̃ lumẽ deitatis poſuit vnieẽdo ſe ei
⁊ q̃rit diligẽter donec inueniat. ⁊ cum inuenerit cõ
uocat amicas ⁊ vicinas dicẽs eis. Congratulamini
mihi q: inueni drachmam quã ꝑdiderã. Jta dico vo
bis gaudiũ ē in celis ange. dei. ſu. v. pec. pe. agẽ. ec-
ce quanta eſt beniuolẽtia dei erga nos. Iſta enĩ be
niuolẽtia accẽdit i nobis charitatẽ. Q: vo ad nupti
as eternas nõ itrãt ſuꝑbi neq; luxurioſi neq; auari
vt ꝑmiſſum eſt: iõ introit⁹ hu⁹ dñice. Reſpice in me
⁊c. ⁊ dicit Uide humilitatẽ meam ꝯtra ſuꝑbiam ⁊ la
borem meum ꝯtra luxuriam. q: inops ⁊ pauꝑ ſũ ego
cõtra auariciam. ⁊ ꝓꝑ ꝑdicta monet nos. Pe. ad hu
militatem dicẽs in ep'la. j. Pe. vlti. c. Humiliamini
ſub potẽti manu dei vt vos exaltet ⁊c. Et poſt ſequiꝛ
ibi. Sobrij eſtote ⁊ vigilate in orõnibus. qm̃ ad. v.
di. tan. le. cir. q̃. que; deuo. Et q: tm̃ curã h; domin⁹
de nobis. ideo in graduali inuitat nos eccl'ia dicẽs.
Jacta cogitatũ tuum in dño ⁊ ipſe te nutriet verſus
Dum clamarẽ ad dñm ex. vocem meam ⁊c. All'a eſt
Dñe refugium Offertorium ē. Sperẽt in te omnes
q̇ te nouerũt ⁊c. q: de ſperantibus in ſe h; curam. Q:
vo dñs nõ inueniꝛ niſi quis peniteat. cum vo q̇s pe
nitet ad dñm clamat: ideo ſequitur poſtcõio. Clama
bo. Rurſus hoc officium eſt de penitẽte: ſicut appa
ret ex ipſa communione ⁊ ex euangelio. vbi per da-
uid intelligitur quilibet penitẽs. vbi dicitur. Gau-
dium eſt in celo ſuꝑ vno peccatore penitẽtiam agẽte
⁊c. ⁊ ex introitu ⁊ alijs. ⁊ ideo cantaꝛ circa feſtum
beati Johan. bap. qui legitur populum ad peniten
tiam prouocaſſe.

De dñica quarta poſt penthe. Rubrica.

Quarta cauſa qua defendim⁹ regnũ
noſtrum ſunt opera mie. vnde i euã
gelio Luc. vi. c. quod legitur in hac
quarta dñica in quibuſdam eccl'ijs
dr̃. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater
veſter miſericors eſt. Et poſt ſequiꝛ
Menſuram bonam ⁊ confertam ⁊ coagitatam ⁊ ſuꝑ
fluentem dabunt in ſinum veſtrum. Q: vero non põt
homo opera mie facere niſi prius illumineꝛ a deo: iõ
incipit introitus. Dñs illuminatio mea. Et q: ꝑ ope
ra miſericordie eſt eccleſia terribilis vt caſtrorum aci
es ordinata: ſicut dicitur in canticis canticoꝝ. ſequi
tur verſus. Si exurgant aduerſum me caſtra non ti
mebit co: meum. ⁊ ſi exurgat aduerſum me prelium
⁊c. Poſtea petit in collecta miſericordiam ⁊ gratiaꝫ
dandi elemoſynas: cum dicit. Protecto: in te ſperã-
tium deus ⁊c. In ep'la vero exiſtimo q̃ eſt ad Rom̃.
viij. c. oſtendiꝛ ꝑmium: vbi dicit aplš. Nõ ſunt cõdi
gne paſſiones huius temporis a futuram gloriam q̃
reuelabitur in vobis. ⁊ poſt ſequitur. Et omnis crea
tura ingemiſcit expectãs reuelationem filiorum dei
⁊ vt hanc gl'iam eccl'ia. poſſit adipiſci: petit in reſpõ
ſorio veniam de peccatis. Propitius eſto petis no-
ſtris dñe ⁊c. Sequitur all'a. In te domine ſperaui.
q: in te ſꝑantibus ꝓpitius ē. Unde pſalmi. Quoniã
in me ſperauit liberabo eum. Adaptanꝛ. etiam iſte
quattuo: ꝑcedẽtes dominice quattuo: libris regum
ſic. In primo enim libro habeꝛ quomodo dauid inũ
ctus fui. Unde in prima dominica incipit introitus
Domine in miſericordia tua ſperaui. Et in reſponſo
rio habetur. Et vnxit me vnctione miſericordie ſue ⁊

oleo exultationis. vnde ſequitur in itroitu. Exultauit co: meū in ſalutari tuo. ⁊ ita oſtendit ſe vnctum oleo leticie per miſerico:diā dei. In ſecūdo lib:o habetur quomodo liberatus fuit ab inimicis ⁊ vnctus his vt haberet latitudinē regni. Unde in ſecūda dominica incipit introitus. Factus eſt dn̄s p:otecto: me⁹ ⁊ eduxit me in latitudinē vt late regnarem. In tertio habet quō mo:tuus fuit. Unde in tertia dn̄ica vtitur eccleſia voce decedētiū dicens. Reſpice in me ⁊ miſerere mei. ⁊ in verſu. In te dn̄e ſperaui. In quarto lib:o habet de ꝓphetis qui illuminati ſunt a deo vt viderent vētura: ⁊ ideo in quarta dn̄ica dicitur in intro.tu. Dominus illuminatio mea.

De quinta dn̄ica poſt penthe. Rub:ica.

Quinta cauſa qua defendimus et obtinemus regnū noſtruꝫ eſt pax cum inimicis eccleſie: ⁊ patientia i aduerſis: ad quā iuitat nos beatus petrus in ep̄la huius quinte dn̄ice. Omnes vnanimes. j. Pe. iij. c. dicēs. Et nō reddētes malū ꝓ malo ⁊c̄. Unde in euāgelio habet de rhete beati petri. Sꝫ multi ſunt qui rumpūt rhete beati petri conco:diā ⁊ vnitatē fraternam. ⁊ ideo in perſona tolerantiū incipit introitus. Exaudi dn̄e vocem meā qua clamaui ad te ⁊c̄. verſus eſt. Dn̄s illuminatio mea ⁊c̄. Illuminatus eni a deo ſaluatur ab hoſtib⁹ q: ſperat in eo. P:o p̄dicta aūt pace cū inimicis eccl'ie impetranda o:at eccleſia in collecta dicens. Da nobis q̄s dn̄e vt ⁊ mūdi curſus. In aliquibus tamen eccleſijs dicit. Deus qui diligētibus te ⁊c̄. Sequit euangeliū. Luc. v. c. Dū plurime turbe irruerēt in ieſum ⁊c̄. vbi ſequit. P:ecepto: ꝑ totam noctem labo:ātes nihil cepim⁹. Tales qui labo:ant in nocte ⁊ nihil capiūt ſunt qui ꝓ terrenis p̄dicāt. Sequit. In verbo tuo aūt laxabo rhete: hoc facit qui habet ſciētiā ⁊ vitā. talis eni cōcludit multitudinē piſcium copioſam. Uñ in p:icipio tot capti ſunt boni ⁊ mali ꝙ rhete rumpit per quod ſignificatur ꝙ eccleſie vnitas in hac vita rumpit a quibuſdā ſꝫ poſt reſurrectioneꝫ capti ſunt multi: ⁊ tamen non eſt ſciſſum rhete ꝑ qd̄ ſignificantur boni qui nō ſcindunt vnitatē eccleſie. Et ideo in offerto:io dicit eccleſia ſe laudare deum qui q̄tū ad bonos filios dedit eis intellectum vt non rumpant rhete. id eſt vnitatem eccleſie. Benedicaꝫ dn̄m qui mihi tribuit intellectū. In poſtcōione vero dicit eccleſia ſe operare vnitatē: ⁊ hanc petere a dn̄o inquit vnam peti a dn̄o: ſꝫ eni plura petat quotidie tn̄ dicit vnum petere: q: ad vnum fineꝫ: id eſt ad habendū a deo omnia petenda petit: ⁊ hoc eſt qd̄ ibi ſequit. Hanc requirā vt inhabitem in domo dn̄i omnib⁹ diebus vite mee. hoc ideo dicit q: tunc legit Paralypomenon. i. verba dierū qui hꝫ eandē materiā cū lib:o regū ⁊ ſignificat ꝙ qui in dieb⁹ ſuis bene rexerit ſe habebit dies eternitatis. Et attēde ꝙ hoc officiū cantat circa feſtū beati Jacobi qui ſicut dicit in euāgelio: relictis rhetibus ſecutus eſt dn̄m ⁊ factus eſt piſcato: hoīm id eſt ſupplantato:re ⁊ nomine vitio:um.

De ſexta dn̄ica poſt penthe. Rub:ica.

Quia vero non valent omnia p̄dicta niſi fiat etiam plena iuſtitia fidei ⁊ in nouitate vite: iō in hac ſexta dominica legitur ſecūdus liber paralipomenon: vbi habetur ꝙ confo:tauit dominus ſalomonem: ꝑ quod ſignificat ꝙ dn̄s ſp̄ūaliter ſuos confo:tat dādo eis fo:titudinē: ideo dr̄ in officio huius dn̄ice. Domin⁹ fo:titudo plebis ſue ⁊ ꝓtecto: ⁊c̄. v̄ſus eſt. Ad te leuaui alam meā: q: ab ip̄o eſt omnis fo:titudo: ⁊ tūc bene regimus regnū noſtrū qd̄ maxime fit ſi tēdat homo ad ꝓmiſſiōes dei. vnde dr̄ in o:atione. Deus qui diligentib⁹ te bona inuiſibilia p:eparaſti ⁊c̄. In epiſtola autem. Quicūq3 baptiꝫati ſumus ⁊c̄. ad ro. vj. c. Ho:tat nos paulus vt in nouitate vite ambulemus: aliter enim nihil valēt alia: ⁊ vt hoc poſſim⁹ o:at eccleſia in reſponſo:io. Conuertere domine aliquātulum ⁊c̄. Ille vero qui ambulat in nouitate vite ⁊ p̄parat ſe ad laudādū deū in p:eſenti ⁊ i futuro vnde ſequit alleluya. Te decet hymnus de⁹ in ſyon Ad hanc o:ationem vel perfectionem ho:tamur in euangelio Matth. v. c. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra ⁊c̄. Et ſequit ibi. Si offers munus tuū ante altare ⁊c̄. Et q: non poteſt homo hoc facere ſine auxilio dei ideo o:at in offerto:io. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis ⁊c̄. Et q: talis poteſt offerre: ideo ſequitur in poſtcōione. Tollite hoſtias ⁊c̄.

De. vij. dn̄ica poſt penthe. Rub:ica.

Sequitur ſeptima dominica i qua leguntur lib:i ſalomonis vt parabole ⁊c̄. Cantica lib:i ſapiētie quē philo compoſuit ⁊ eccleſiaſticus quem ieſus filius ſyrach edidit: ⁊ tamen ſalomoni attribuit. Hi lib:i qui ſunt de operibus ſapientie ſalomonis leguntur a kalendis auguſti vſq3 ad kalendas ſeptemb:is q: menſis iſte calidus eſt ⁊ eſtū ſignificat vitio:ꝫ i qua nos opꝫ ſapiēter regere ſicut in medio nationis p:aue ⁊ peruerſe: vel q: mēſis iſte. ſ. auguſt⁹ ſextus eſt: vñ ſextilis ante auguſtū ceſarē vocabat. ⁊ verus noſter ſalomon in ſexta etate venit q̇ fecit vtraq3 vnū: q̇ fuit dei v̄tus ⁊ dei ſapiētia: q̇ docuit nos ſapienter viuere ⁊ docere. Hic eſt xp̄s rex regū qui ſepteꝫ panib⁹ ⁊ paucis piſcib⁹ vt legit in euāgelio hodierno ſatiauit eos q̇ de longe venerāt ⁊ cū triduo ſuſtinuerāt. Rurſus in hac dominica incipit eccl'ia parabolas. ſalo. Poſt feſtum eni trinitatis legit liber regū: q: ſi homo qn̄ trinitatis ſimilitudinē habꝫ fit rex ⁊ ſacerdos. vñ p:eponunt ei exēpla de regibus ⁊ ſacerdotibus ſicut ſub p:ima dn̄ica dictuꝫ eſt. Poſtea vero ſequūtur lib:i doctrinales. p:eponuntur enim exempla doctrinis: q: plus mouent facta q̄ dicta. Actuū p:imo. Cepit ieſus facere ⁊ docere. ⁊ ſic o:dinantur lib:i ad ſeinuicē vt p̄cedāt lib:i exemplares regū et Paralypomenon: ⁊ ſequūtur lib:i doctrinales ſalo-

monis:que doctrina eſt refectio ſpũalis.de quo h̃r in euangelio huius.vij.dñice. de hoc dicetur ſub dñica.xi.⁊.xij.Et q: huic doctrine bonis opib⁹ reſpondere debemus incipit introitus Oẽs gentes plaudite manibus. Et beatus Pau.inuitat nos in epl'a ad Ro.v.c.vt reſpondeamus illi doctrine ſeruiendo deo dicens.Humanum dico ꝓpter infirmitatem carnis veſtre:vnde in quibuſdam eccl'ijs ſequitur reſponſoriũ Beata gens cuius eſt dñs de⁹ eoꝝ.i.que deum habet pro dño ei ſoli ſeruiendo:⁊ ſeq̃r verſus Uerbo dñi.i.doctrina dñi:celi firmati ſunt.i.maiores ſicut apl'i ⁊ alij ſancti. Sequit̃ in quibuſdam eccl'ijs all'a.Attendite ppl'e meus legẽ meam.Lex eſt illa refectio.Illa aũt refectio oſtenditur i euãgelio Marci.viij.Cũ turba plurima ⁊c̃. ⁊ eſt notandũ ꝙ ibi dicit ꝙ quidam de longe venerũt.ſ.illi qui de peccatis enormibus redierũt ⁊ penituerunt.qui eñi in pctõ mortali eſt:nõ h̃z qd̃ mãducet.Erant aũt quattuor milia.ſ.hñtes quattuor cardinales virtutes ⁊ comederunt ⁊ ſaturati ſunt: q: lex dñi ſatiat:⁊ remanſerunt ſeptem ſporte.ſ.predicatores hñtes ſeptem dona ſpũſſancti ⁊ reficientes alios.in alijs ṽo eccl'ijs legitur euangeliũ.Attendite a falſis prophetis:q: vero hñs doctrinã videt in quanto periculo ſit conſtitutus: videt eñi ſe eſſe in fornace babylonis.in offertorio. Sicut holocauſtum ⁊c̃.Danielis.iij.c.petit ſe liberari ⁊ vtitur voce trium puerorum. In poſtcõione ṽo. Inclina aurem tuam ⁊c̃.petit liberationem accelerari.

¶ De octaua dñica poſt penthe. Rubrica.

Sequitur octaua dñica in q̃ docet nos eccl'ia vitare oẽm venereitatẽ.Hic eñi debet eſſe effectus doctrine in nobis: q: in doctrina docet nos fieri ſpũales ⁊ remoueri a corporalibus deſiderijs ad ſimilitudinẽ btẽ marie virginis cuius feſtũ inſtat.vnde introitus incipit Suſcepimus deus miſericordiam tuam.i.filium tuum ieſum xp̃m nobis et miſericordia datum in medio templi tui.i. in cõi eccl'ia tua ſm nomen tuũ deus.Deus eñi vbiq̃ nominatur:ſic ⁊ laus tua in fines terre.i. vbiq̃. Tẽplũ etiã eſt beata virgo in qua vere ſuſcepimus dei miſericordiã.vnde circa eius feſtũ rõ nobiliſſiter pñs cantamus offm̃ cum ſit templũ dñi ⁊ ſacrarium ſpiritusſcti. Sequitur epl'a ad Ro.viij.Debitores carni non ſumus vt ſm carnẽ viuam⁹ ⁊c̃.in qua docemur conculcare oẽm carnalitatẽ:⁊ ad oſtendendum ꝙ hoc poſſumus. Sequitur. Non eñi accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis iteꝝ in timore ſ; accepiſtis ſpm̃ adoptionis filioꝝ:quo guſtato deſipit oĩs caro. Sed q: nõ pñt hec fieri niſi dño ꝓtegẽte:ideo orat in graduali Eſto mihi in deum ꝓtectorẽ. Rurſus q: nõ põt habere hec oĩa niſi qui gaudet in dño:ideo ſequitur all'a Exultate deo adiutori noſtro. Gaudiũ eñi ſpũale excludit oẽm carnalitatẽ.Quia ṽo quidam ſunt vita caſti ⁊ humiles:ſed ficte ab his docet caueri in euangelio Matth.vij.c.Attendite a falſis ꝓphetis qui ꝓtendũt caſtitatẽ ⁊ ſunt luxurioſi. Uel ꝓpt̃ humanã laudẽ ſunt caſti ſicut fatue virgines:quibus dicitur. Amen dico vobis neſcio vos. Sed dñs hꝫ humiles ſaluat. Unde ſequitur offertorium. Populum humilem ſaluum facies dñe ⁊ oculos ſuperborum humiliabis. Quia ṽo per delitias ſpũales oĩa conculcamus:ideo dicitur in poſtcõione. Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs.

¶ De dñica nona poſt penthe. Rubrica.

Poſtmodum ſequitur nona dñica in qua legitur liber ſapientie. Sapientia aũt eſt cogitare de celeſtibus ⁊ leuare cor ad illa. Unde monet nos ad hoc maxime ꝓpter feſtũ aſſumptionis btẽ virginis qd̃ inſtat qñ.ſ.aſſumpta eſt in celũ. Et q: hõ ſe ſuper ſe leuare non põt:niſi eum dñs trahat: ideo dicitur in introitu. Ecce de⁹ adiuuat me ⁊ dñs ſuſceptor eſt aĩe mee.i.ſurſum captor ſicut eñi itur ad celeſtia non paſſibus corporis:ſed aſſimilatiõe mentis ad deum:in quo vitantur oĩa mala de quib⁹ ſeqr̃ tur in epiſtola.j.ad Corin.x.c. Nõ ſimus cõcupiſcẽtes maloꝝ ⁊c̃. Poſtea ſequitur ibi Fidelis deus qui non patietur vos tentari ſuper id qd̃ poteſtis:ſ; faciet cum tentatione ꝓuentum vt poſſitis ſuſtinere: prius tm̃ timorem incutit dicendo. Qui ſtare ſe putat videat ne cadat:in graduali ṽo q̃ ſurſum rapitur reddit gratias deo dicens. Dñe dñs noſter ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Qm̃ eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos.ſ.non tm̃ in chriſto ⁊ beata virgine.i.ſuper celos materiales et ſpũales.verũetiam in ſanctis ſuper celos materiales.in euangelio Luc.xvj. Monet vt ſi non poſſumus per nos volare ad celum faciamus nobis amicos de mãmona iniquitatis.i.de diuitijs inequalr̃ poſſeſſis dicẽs. Homo quidam habebat villicũ ⁊c̃. Homo iſte ſciuit ſic ꝑ prouidentiã carnis diſponere ꝙ amotus a villicatione fuit receptus in domibus dñi ⁊ hoc ꝑ iniquitatẽ fraudis. Sicut ergo ille laudatur qui per iniquitatem fraudis ſciuit ſibi in futurum ꝓuidere:multo magis laudabit dñs eos qui dant elemoſynas:qd̃ eſt prudentia ſpũs. de qua dicit apl's. Eſt vita ⁊ pax qua homo ſibi ꝓuidet in futuro. Poſtea ſequitur:q: filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua.i.in his que pertinent ad generationem ſuã: ideſt circa tpalia: ⁊ ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniquitatis:vt cum defeceritis ſc; moriendo recipiant vos in eterna tabernacula que ſunt ſua. vñ Beati pauperes ſpiritu:qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ: ⁊ quia non tm̃ per elemoſynas:ſed etiã per orõnes volamus ad celeſtia.ideo eſt alleluya. Domine de⁹ ſalutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te. Quia ṽo hec tabernacula per opera iuſticie habentur. Sequitur offertorium. Iuſticie domini recte letificantes corda ⁊c̃. Quo autem ordine hec fiant oſtenditur in poſtcommunione.primum queritur regnum dei Matth.vj.c.

¶ De decima dñica poſt penthe. Rubrica.

ep̄la ad Gal.v. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis non perficietis. Caro em̄ concupiſcit aduerſus ſpiritū ⁊ ſp̄us aduerſus carnē ⁊ ſequit̄. Manifeſta autē ſunt op̄a carnis. ⁊ nominat ſea. Item alibi dicit. Si cōtenditis: nōne carnales eſtis. hoc dicit q: cōtendimus de carnalibus ⁊ poſt. Fructus autem ſp̄ūſancti ſunt longanimitas: pax patiētia ⁊c̄. Decul cere igitur oloferniem in nobis eſt facere iſta duo. Per hoc quoq₃ vitia interficimus in nobis q̄ guſtamus ſp̄mſc̄tm̄ quo guſtato deſipit omnis caro. Sed q: non pōt ſanari in nobis carnalitas niſi a dn̄o: q: eſt ſicut lep̄ra: ideo in quibuſdā eccleſijs ſequit̄ euāgeliū. Dum iret ieſus. Luc.xvij. de lep̄roſis qui venerūt ad dn̄m: ⁊ dixit eis. Ite ⁊ oſtendite vos ſacerdotibus: ipſis tn̄ p̄rius ſanatis per qd̄ ſignificat̄ q̄ p̄rius peccato: a dn̄o ſanatur ⁊ poſtea iniungit̄ ei penitentia a ſacerdote ⁊ abſoluit̄. qd̄ ſignificatū eſt per hoc q̄ diſcipuli dn̄i inſtita lazari ſoluerūt: ⁊ tn̄ p̄rius ipſe erat reſuſcitat᷒ a dn̄o. Rediit aūt vnus ad eum flexis genib᷒ gratias agens: per qd̄ ſignificat̄ q̄ vnitas eccleſie reddit gratias deo. vnde vnus ſanabat̄ in piſcina Ioh.iiij. ⁊ ideo in rn̄ſorio gratiar̄ actōes dicit eccleſia. Bonū eſt cōfiteri dn̄o. ⁊ etiam in all'a qd̄ eſt in quibuſdā eccl'ijs. Confitemini dn̄o ⁊ inuocate nomen eius: ⁊ q: hoc non ſufficit niſi ⁊ dn̄s nos cuſtodiat: ideo ſequit̄ in offertorio. Immittit angelus dn̄i in circuitu timentiū eū: q: cuſtodit nos dn̄s per angelos. ſequit̄. Guſtate ⁊ videte quid autē guſtare debemus oſtenditur in poſtcōio. ſ. panem qui ſaginat animam non corpus vnde eſt offertorium in quibuſdam eccleſijs. Panis quem ego dedero caro mea eſt p̄ro mundi vita.

¶ De.xv. dn̄ica poſt penthe. Rubrica.

Dominica quintadecima h₃ eandē intentionē cum p̄cedēti: ⁊ id̄ in quibuſdā eccleſijs in his duab᷒ dn̄icis legit̄ liber iudith ⁊ itroitus eſt. Inclina aurē tuā dn̄e. verſus eſt. Letifica aīam ſerui tui: qm̄ ad te dn̄e leuaui aīam meā₃. q. d. non ad carnalia deſideria. In ep̄l'a que eſt ad gal'.vj. monet nos vt non ſimus vitulus ſaginatus ſed ſimus ſpirituales. Unde dicit ibi paulus. Si ſpiritu viuimus: ſpiritu ⁊ ambulemus: q: qui ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitā₃ eternam: qui eſt in carne: de carne metet corruptionē. ſequitur rn̄ſoriū. Bonū eſt confidere in dn̄o q̄ cōfidere in hoīe qui dat victoriam in manu femine qn̄ facit hoīem vincere in carne ⁊ q: hoc facit qui p̄reparat cor ſuū ad ſeruiendū deo. ſequit̄ all'a. paratū cor meum deus ⁊c̄. in euangelio. Nemo pōt duob᷒ dn̄is ſeruire. qd̄ eſt Matthei.vj. docemur ne ſeruiam᷒ vētri. ⁊ poſt. Nolite ſolliciti eſſe dicentes quid mādu cabimus aut quid bibemus ⁊c. ſed p̄rimū₃ querite regnum dei ⁊c. Nolite ſolliciti eſſe. ſ. ſollicitudie ſuffocationis: ſollicitudine aūt p̄uidentie ſolliciti eſſe debemus. in offertorio vero monemur vt ſeruiam᷒ dn̄o non ventri. Expectans expectaui dn̄m vt reſpiceret me. Quis aūt ſit iſte cibus quo anima deb₃ reſici oſtendit̄ in poſtcōione que eſt in quibuſdā₃ eccleſijs. Qui mādu cat meā carnē. ſ. per fidem. na₃ vt dicit Aug. Crede ⁊ māducaſti ⁊c. Querit̄ aūt quare eccl'ia poſt libros ſalomonis legat librū Iob ⁊ poſtea librū Thobie ⁊ Iudith cū₃ alio modo ordinent̄ in biblia. ſicut em̄ dictū eſt ſub ſeptima dn̄ica. p̄recedunt libri exēplares ⁊ poſtea doctrinales: q: magis mouēt facta q̄ dicta: ⁊ ad vltimū ponunt̄ libri Machabeorū₃ qui ſunt libri exēplares. Ad qd̄ dicit̄ q̄ p̄ doctrinā peruenit̄ ad perfectionē patientie que magis fuit iob. Un̄ poſtea ſequit̄ Thobias q: magnū₃ etiā patientie ſignū fuit in Thobia qui amiſit multa ⁊ filiū ad tp̄s ⁊ oculos. qui maxime ab hoīe diligunt̄ ex eo q̄ oculi ſunt principium cognitionis ad quā natus eſt homo: ⁊ q: etiā plus valet exemplū femine ⁊ magis erubeſcētiā incutit: ideo liber iudith in quo habet̄ de victoria in manu femine poſt p̄redictos ab eccl'ia ordinat̄. vltimo vero liber machabeorum legit̄: q: ibi habet̄ exemplū de cō firmatione iuſticie. Machabei em̄ paſſi ſunt martyriū p̄ lege defendenda ⁊ cuſtodiēda ab antiocho fidei inimico.

¶ De dn̄ica.xvj. poſt penthe. Rubrica.

Decimaſexta dn̄ica legit ⁊ cantat eccleſia de machabeis vt dicet̄ in ſequē. ti. qui multa paſſi ſunt ab Antiocho ⁊ ſeptē populis. ⁊ ibi habet̄ q̄ templū qd̄ pollutū fuerat ab illis p̄p'lis ab iſtis machabeis purificatum fuit. ⁊ per hoc ſignificat̄ aīa que templū dei eſt polluta a ſeptē capitalibus vitijs non pōt mundari niſi purificetur a peccato qd̄ eſt eam reſuſcitari de morte peccati. vn̄ habetur in euangelio de reſurrectione filij vidue: ⁊ ideo incipit introitus. Miſerere mei dn̄e ſcʒ vt reſuſcites me. verſus eſt. Inclina domine aurē₃ ⁊c. In ep̄l'a vero app̄ſtolus inuitat nos ad patientiā dicens. Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus ⁊c. que eſt ad Ephe.iij. ſic em̄ vincuntur inimici a machabeis. i. a ſanctis. ſequit̄ graduale. Timebūt gentes: q: ſicut poſtq̄ illi vicerunt inimicos ſuos ⁊ mūdauerunt templū ⁊ reedificauerunt: timuerūt gentes in circuitu: ſic ⁊ poſtq̄ homo vicerit diabolum ⁊ mundauerit ſe per confeſſionē₃ ⁊ reedificauerit templū dei in ſe timent demones. Unde ſequitur verſus. Qm̄ edificauit dn̄s ſyon: ſʒ q: non pōt fieri niſi a dn̄o q̄ homo liberet̄ a vitijs: ideo ſequit̄ alleluya. Redēptionē miſit ⁊c. Euangelium eſt in quibuſdā eccleſijs. Ibat ieſus in ciuitatē ⁊c. Luc.vij. ⁊ poſt acceſſit ieſus ⁊ tetigit loculū: ⁊ dixit. Adoleſcens tibi dico ſurge ⁊ ſurrexit. ⁊ dedit illum matri ſue. Nempe tangit dn̄s loculum vbi erat mortuus: quando infirmitate vel aliquo flagello tāgit corpus hominū in quo iacet mortuus ſp̄us hoīs id eſt aīa. ⁊ ſic excitat̄ a ſomno mortis. Unde Eccl'.xxi. Infirmitas grauis ſobriā reddit aīam ſequitur offer. q. d. in voce machabeor̄. Dn̄e in auxiliū meū₃ reſpice. ſequitur poſtcōio. Dn̄e memorabor iuſticie tue ſolius. iuſticie inquam: q: omnis qui venit ad te non eijcietur foras. poteſt ⁊ aliter dici q̄ ioſia defuncto: hieruſalem deſtruitur populus captiuatur

ꝛ pꝛemitur. ideo in hoc mēſe octobꝛi machabeoꝝ hyſtoꝛia legit ꝛ cantat. Adaperiat ꝛc. q2 a ſuis aduerſarijs ad modū ꝑmebant: quoꝝ pmā partē ſymō pōtifex edidit aliā filius eiꝰ. Jo. poſterioꝛē q̇daꝫ iudeꝰ agreſtis ſed eruditꝰ: hi captiui militantē deſignāt eccliam in q̄ ſunt duces ꝛ ſatellites: doctoꝛes ꝛ diſcipuli pfecti ꝛ impfecti. Doctoꝛes vidua ſignificat euāgelica q̄ vidua ē: q2 militās cū ſpōſo triumphanti nō eſt cuꝰ filius moꝛit cum diſcipuli ꝑ quouis crimine ab eccl'e coꝛpoꝛe ſeparant reſuſcitant cum illis gr̄a infundit. Hec igit oꝛat i euāgelio ꝑ filij reſurrectōe id eſt gr̄e infuſione. ꝛ hoꝛtat in ep'la ne deficiat i tribulatōibus ꝛ huius rei gr̄a flectit genua ſua hec eadem oꝛat in introitu. Miſerere ꝛ in offertoꝛio Dn̄e. graduale. Reſpice id qd̄ dr̄ in euangelio. Accepit āt omnes timoꝛ. Poſtcōio. Dn̄e memoꝛabo2 gratiarum eſt actio. Uel hic mēſis octobꝛis: vt q̇dam aiūt deſignat octauam: ſicut ergo iudei finitis ꝑlijs ꝛ tēplo reſtaurato in hymnis ꝛ confeſſionibus domino benedicebant: ſic in octaua magne feſtiuitatis ſancti feſtiuius exultabunt.

¶ De dn̄ica. xvij. poſt penthe. Rubꝛica.

In dn̄ica decimaſeptima agit de nuptijs eternis: q2 cōſideratōe nuptiarū illaꝝ libēter patimur tribulatōes ſicut ꝛ machabei fecerūt. Sūt autē q̄ttuoꝛ dn̄ice in q̄bus agit eccl'a de machabeis. cōſideratio em̄ illa tribulatōes leues facit: ꝛ ꝑpter illas nuptias pena q̄libet leuiter ſuſtinet. De his nuptijs dr̄ in euangelio ꝙ in hac die in q̄buſdam eccleſijs legitur. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouiſſimo loco ꝛc. Om̄es inuitati ſumus ad nuptias eternas ꝛ ſi in nouiſſimo loco nos ponimus hoc eſt ſimus humiles: exaltabimur in paradiſo ꝛ econtra. vn̄ ſtatiꝫ ſubiungit. ego autem dico vobis: q2 omnis q̇ ſe exaltat humiliabit ꝛc. Unde incipit introitꝰ. Juſtus es dn̄e. ſ. in hoc iudicio ꝛ rectum iudicium tuum. Huic em̄ iudicio ꝯcoꝛdat eccl'a ſeu ꝯſentit quo deus exaltat humiles: ꝛ ſupbos deprimit dicēs. Juſtus es dn̄e ꝛc. In ep'la. Obſecro vos. q̄ eſt ad ephe. iiij. c. inuitat nos ad humilitateꝫ vt dicat nobis. Amice aſcēde ſupius vbi dr̄ Ut digne. i. i humilitate ambuletis vocatōe q̄ vocati eſtis. ſ. ad nuptias. hoc em̄ ē nouiſſimū locuꝫ tenere. Ad hoc idē monet in graduali. Btā gēs cuꝰ eſt dn̄s deꝰ coꝝ ꝛc. ſupbi faciūt ſe dn̄os. humiliū vero deꝰ eſt dn̄s. vn̄ viſus eſt. Uerbo dn̄i celi. i. humiles firmati. i. ſctificati ſunt. Debemus ergo eē humiles q2 nihil habemus niſi a deo: ꝛ ideo ſequit in q̄buſdam eccleſijs all'a. Qui timent deum ſperant in euꝫ. q. d. nō in ſe. Poſtea ſequit euangelium de nuptijs ſicut dictum ē. In alijs vō eccleſijs legitur. Cum intraret ieſus in domū Luc. xiiij. c. Notādum autem ꝙ ān ꝙ in ipſo euangelio dicat d̄ nuptijs hr̄ quō ſanauit hydropicum ꝑ quem intelligitur omnis amatoꝛ mūdi. pꝛiꝰ em̄ opꝫ ꝙ ſitis mundi ſatiet: q2 qui biberit ex aq̄ hac ſitiet iteꝝ. Joh. iiij. ꝙdiu ei homo erit hydropicus in illis nuptijs nō poterit ſatiari. In offertorio filii inuitamur ad humilitatē. Un̄ ibi hr̄ oro danie. Oraui ad deum meum ꝛc. Dan̄. ix. c. Et pp hanc humilitatē meruit audire archangelum q̇ certificauit eum de incarnatōe xp̄i Satis aūt ꝯgrue fit ibi mētio de angelo: qm̄ hoc offm̄ circa dedicationē bti michaelis cantat. In poſtcōione habet de humilibus ꝛ ſupbis. Uouete ꝛ reddite dn̄o deo veſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera. i. humiles q̇ attribuitis omnia bona deo terribili ꝛ ei qui aufert ſpiritum pꝛincipum. id eſt ſuperbiam eoꝛum. ecce quia ſuperbos humiliat.

¶ De quarta feria quattuoꝛ tempoꝛum ſeptembꝛis. Rubꝛica

In quarta feria legit euāgeliū. Reſpondens vnꝰ de turba. Matt. ix. c. d̄ ſurdo ꝛ muto quē apl'i curare nō poterant eo ꝙ illud genꝰ demonij nō eijcitur niſi in oꝛōne ꝛ ieiunio qd̄ bene huic diei cōuenit. hodie nāq3 ieiunium ē quattuoꝛ tpm ideo nāq3 due lectiones legunt vt oꝛdinandi in duobus ꝑceptis charitatis vel duabus legibꝰ inſtruant. Pꝛima d̄ calcatoꝛe vue. ſ. ecce dies. Amos in fine. tpi conuenit. Scd̄a vez. Congregatus. Neemie. viij. c. ꝯgruit oꝛdinādis q̄bus dr̄ in introitu. Exultate deo: q̇ ꝑmeditate promittunt in offerto. Meditaboꝛ. cōio eſt. Comedite pinguia. et ſumitur de lectione ſecunda.

¶ De ſexta feria quattuoꝛ tempoꝝ ſeptembꝛis. Rubꝛica

Ferie ſexte officium penitētiam exꝑmit oꝛdinandoꝛuꝫ. Unde in euangelio. Factum eſt. pctā paralitico dimittunt: ꝛ in lectione. Conuertere. Oſee. vlt. c. ad cōuerſionem inſtruunt ꝛ in introitu. Letetur. ad q̄rendū dn̄m inuitant. Graduale ꝛ poſtcōio ſunt oꝛones electoꝝ. Offerenda conſolatio eoꝝ ūdeꝫ In alijs tamen eccleſijs dicit euang. Rogabat ieſum. Lu. vij. c.

¶ De ſabbato quattuoꝛ tempoꝛum ſeptembꝛis. Rubꝛica

Sabbati quoq3 officium ad doctrinā ipſoꝝ oꝛdinādoꝝ fit ne ſint ſteriles vt fici arboꝛ infructuoſa. de qua loquitur euāgelium. Arboꝛem fici ꝛc. Luce. xiij. c. ne vita illoꝛum ſit terrenis implicita ſicut mulier incuruata. In ep'la vero. Tabernaculum factum eſt ꝛc. que eſt ad hebꝛeos. ix. c. vbi de pꝛimo ꝛ ſecundo agit tabernaculo: monent vt ſic ſeruiant in tabernaculis eccleſie militantis vt dn̄o pn̄tent in tabernaculo triūphātis. In lectionibus vō quare hoc ſeptembꝛis ieiunium indicit cā inſtitutionis ꝛ eius vtilitas intimat: q̄rum pma eſt. Decima die. Leuit. xxiij. c. ſecunda ē. Quintadecima die. que eſt ibidem. tertia ē. Dn̄e dominus noſter Michee. vii. c. quarta eſt. Factum eſt verbuꝫ Zacha. viij. c. quinta eſt. Angelus dn̄i. Dan̄. iij. c. cetera ſunt oꝛdinādoꝛum exhoꝛtatōes ꝛ oꝛōnes

ꝛ conſolationes.Lcō.ſ.Meſe de ſeptimo.de Leui tici lectōe ſumit.Merito aūt in hoc mēſe fit clerico rū ordinatio qm̄ ꝛ in hoc mēſe fiebat tabernaculorū celebratio.Ordinati vō ſunt eccleſie miniſtri in dei tabernaculo ꝑ ſeptiformē grām in ſeptē gradib⁹ cō ſtituti.Vn̄ ꝛ btūs petr⁹ legit ordinationē feciſſe i ſe ptēbri ſex epōꝝ.x.pbrōꝝ ꝛ.vij.diaconoꝝ.Et celebra tur ordinatio in tertia hebdomada q: i tpe tertio.ſ. grē fuit ab aplis inſtituta.Olim tñ alia rō fuit a ſa ſ̄ctib⁹ aſſignata nam olim inſtituta fuere ieiunia i pma hebdomada martij.in ſcda iunij.in tertia ſeptē bris.in.iiij.decēbris:vt comitarent initia thesseredecadis ieſu xp̄i cū eni q̄s ordinat quodāmodo vt xp̄o attineat gñat.Prima ḡ pſona theſſeredecadis eſt abraā a quo ſumit ordinatio prime hebdomade mar tij.prima pſona ſcōe theſſeredecadis ē dauid a quo ſumit ordinatio ſcōe ſeptimane iunij initium tertie ē iecconie a quo ſumitur ordinatio tertie ſeptimane ſe ptēbris.demū eſt xp̄s in quarto loco a quo ſumit or dinatio quarte ſeptimane decēbris.Sumunt autē potius ab his perſonis ꝙ ab alijs ordinationes vel q: fuerunt in genealogia maiores:vel ꝑpter noīm in terpretationes.Dr̄ eni.abraam pater multaꝝ gētiū Dauid fortis iecconia ꝑparatio dñi.ſic ꝛ illi qui ordi nant debēt eſſe fortes preparati ad euangelium xp̄i vel ſicut a pſona in perſonam ſunt.xiiij. gñationes: ſic ab ordinatione in ordinationē ſeptimane.xiiij.in ueniunt vt ordinandi periti ſint in decalogi ꝛ i euā gelij diſciplina.Nunc aūt ieiunia ex cauſis ꝑmiſſis aliter ordinant.vt dictum ē ſub.iiij.feria tertie heb domade aduētus.Et memēto ꝙ apoſtolici vſqꝫ ad ſimplicium papam in decēbri ſemꝑ ordines celebra bant vt ordinandos coaptarēt gñatōi ieſu xp̄i.Sim plicius vero addidit ordines in februario tribuen dos:vt ordinandos vicinius incorporaret corpori ie ſu xp̄i:vide de hoc in prohemio ſecunde partis.Sꝫ ſi vt premiſſum eſt ieiunia ꝯſtituta ſunt in predictis ſeptimanis pro his qui ad ordinationē accedunt nū quid commutari poſſunt quādo nullus tunc ordina tur certe non niſi neceſſitate vrgente.de qua in pro hemio ſecunde partis dictum eſt.Cum enim ſit vna eccleſia omnino dꝫ in actionibus eius eſſe concor dia:que non eſſet niſi tam generali ieiunio alij pran derent alij ieiunarent.Preterea licꝫ alicubi nō fiat ordinatio fit tamen alicubi pro quibus ieiunare et orare debemus vt digni ad ordinationem perueni ant.omnes enim fratres ſumus ꝛ vnanimes in do mo domini ſumus.

¶De.xviij.dñica poſt pentheco. Rubrica.

Dictum eſt in ꝑcedēti dñica ꝙ dꝫ hō ſe ponere in nouiſſimo loco vt ponat in pmo ſicut ſunt ꝑlati.vñ i hac.xviij dñica agit de prelatis q̄ ſunt in pmo loco.vñ euangelium eſt in q̄buſdam eccleſijs.Super cathedrā moyſi ꝛc. introitus vero qui ſumitur ecele.xxxvj.c.incipit.Da pacem domine ſuſtinētibus te.vt ꝓphete tui ſid ē prelati fideles inueniantur:ſupplēdum ē non infide les ſicut ſcribe ꝛ phariſei.verſus eſt.Letatus ſum in his q̄ dicta ſunt mihi im domum domini ibim⁹.i.ibi mus ad nuptias.ꝛ de h̄ letat⁹ſum.q: inuitati ſum⁹ ad nuptias in q̄b⁹erit eterna pax.In alijs vō eccleſijs vſus eſt.Bonū eſt.Preterea ſcripſerūt q̄daꝫ ꝙ ideo dr̄ introitus iſte q: tali die zacharias papa fecit pa cem cuꝫ longobardis.In epiſtola apoſtol⁹ agit gra tias de epheſijs:q: habēt fidē veram de iſtis nuptijs dicēs.Gratias ago ſemꝑ deo meo ꝑ vobis ꝛc.j.ad Coꝝ.c.j.In rñſorio vō.Letatus ſum ꝛc.oſtēdit gau dium de ꝑdictis nuptijs:ꝛ ideo ꝑꝑ ꝑdictas nuptias in all'a.Laudate dñm oēs gentes.hortat ad laudes euangelium in quibuſdam eccleſijs.Acceſſerūt ad ieſum.quod eſt Matt.xxij.c.de ſcribis ꝛ phariſeis q̄ infideles fuerunt.Unde tētauerunt dñm dicentes. Qd̄ eſt mandatum magnum ꝛc.Dixit dñs.Diliges dñm deum tuum ꝛc.ꝛ poſtea rep̄hendit eos de īfide litate q: non credebant ipſum eē deum dicēs.Quid vobis videtur de xp̄o.cuius filius ſit.Dicūt ei dauid Et dixit eis.Quomodo ergo dauid in ſpū vocat euꝫ dñm dicens.Dixit dñs.d.m.ſ.a.d.meis ꝛc.Prelati vero nō debent eſſe tales.i.infideles:ſed ſicut moy ſes de quo habetur in offertorio.Sanctificauit moy ſes altare dño ꝛc.debent prelati ſe totos offerre incē ſum.ꝛ poſtea multas hoſtias.Unde ſequitur poſtcō munio.Tollite hoſtias.loquitur enim de prelatis.

¶De.xix.dñica poſt pentheco. Rubrica.

Ec decimanona dñica rñdet ꝑcedē ti.in qua dcm̄ eſt.da pacēꝫ dñe ſuſti nentibus te:vt prophete tui.i.ꝑlati tui fideles inueniant.Rñdet inqꝫ ſi faciant qd̄ hr̄ in euangelio qd̄ legit in hac dñica in q̄buſdam eccl'ijs ſcꝫ aſcēdens ieſus ꝛc.quod eſt Matthei.ix.c.in quo hr̄ ꝙ adduxerunt ad dñm paraliticum ieſus aūt vidēs fidem illoꝝ q̄ offerebant ꝛc.Paralitici ſunt q̄ in deli tijs carnis ita diſſoluti ſunt ꝙ nō poſſunt opa bona facere ꝛ merito fidei ꝑlatorum ſanant.ꝛ ideo bonū eſt habere bonos prelatos.Quidam autem de ſcri bis.dixit intra ſe.Hic blaſphemat q̄ pctā dimittit. Ieſus autem vidēs cogitatōes eorum dixit.Ut ſcia tis qm̄ filius hoīs hꝫ ptātem in terra dimittēdi pctā dixit ꝑalytico.Tolle grabatum tuum ꝛ ambula ꝛ q: ſolus deus eſt q̄ ſanat paraliſim:ideo incipit introi tus.Salus ppli ego ſum ꝛc.vſus eſt.Attēdite pple meus legem meam.ſubaudi ꝑ quā ſanant ꝑalytici. In epl'a monet apl's ꝑalyticos vt erigant corporali ter a paralyſi ad bona opa dicēs.Renouamini i ſpū mentis veſtre ꝛ induite nouum hoīem ꝛc.Ephe.iiij. Sequit ēt graduale in voce paralytici.Dirigat orō mea ſicut incenſum ꝛc.vſus eſt.Eleuatio manuum meaꝝ ꝛc.iam iſte leuat ad bona opa.Alleluya vō dr̄ in voce paralytici ſanati.ſ.Dextera dñi fecit virtutē ſubaudi q: ſanauit me.Sed q: non ſufficit ſanare ni ſi dñs cuſtodiat.ſequitur offertorium.Si ambula uero in medio tribulationis.vbicunqꝫ eñi ambulāt ſanati a domino cuſtodit eos quantum in ſe eſt.

¶ De dñica.xx.poſt penthe. Rubrica.

tialis lr̄a alicui iſtarū dictionū eadē erit lr̄a dn̄ical⁹ i
illo anno cui ſeruit illa dictio v̄bigr̄a. Fert eſt prima
dictio ⁊ ſeruit p̄mo anno cicli ſolaris.⁊.f.eſt p̄ma lit
tera:ergo.f.eſt littera dominicalis in primo anno ci
cli ſolaris.⁊ ſic de aliis. Et nota ꝙ ille annus eſt bi-
ſextilis cui deſeruit aliqua dictio deſinens in.t.⁊ ita
primus annus cicli ſemp eſt biſextilis:cū ei deſeruit

at dictio deſinēs in.t.ſ.fert ꝓpter hoc prima lrã dictionis deſinēs in.t.non erit littera dñicalis in illo anno cui ſeruit illa dictio niſi a loco biſexti vltra: q: littera dñicalis cū biſexto ſimul mutat̄. A kalendis vero ianuarij precedētis ipſm biſextū vſq₃ ad locum biſexti erit littera dñicalis illa que immediate ſeq̄tur in kalēdario poſt illā que deberet eſſe littera dominicalis: vñ in primo ãno cicli.f.eſt littera dñicalis a loco biſexti vſq₃ ad kalen.ianuarij ſequētis. A kalen.ianuarij precedētis vſq₃ ad locū biſexti g.eſt littera dñicalis.⁊ ita in alijs. Annus aūt cui ſeruit illa dictio ſciri poteſt per rõnē ſuperius dictam de ciclo ſolari.nã ratio littere dñicalis tūc currentis ratiõe ſimili incipit ⁊ finitur. Nunc aliqua de indictiõe dicamus. Eſt aūt indictio ſpaciū tēporis quo roman⁹ princeps tributum gentibus indicebat. Si aūt volumus ſcire quota ſit indictio d̄bemus addere tres annos annis dñi: ⁊ poſtmodū diuidere annos dñi ꝑ quindecim quotiens poſſumus: ⁊ quotus ãnus remanſerit facta diuiſione: tota erit indictio: ⁊ ſi nullus ſuperauerit in vltimo anno indictionis ſumus ⁊ tunc ad primã indictionē reuertimur q: indictio nõ tranſcendit quindecim. vñ verſus. Si tribus adiunctis dñi diuiſeris annos. Per ter quinq₃ datur indictio certificata. De indictiõe plenius diximus in ſpeculo iudiciali in tractatu de inſtrumentorum editione.§.j.verſic.poſt ãnos.⁊.j.vbi de ciclis agetur. De era.s̄.dictum eſt.

¶ De die. Rubrica.

Licet iam ſupius in pleriſq₃ locis de die tactū eſt ⁊ nihilominꝰ hic ſpãlit̄ dicendū eſt. Sciēdū eſt igit̄ ꝙ duplex eſt dies: ſc₃ naturalis ⁊ artificialis ſiue vſualis. Naturalis ē ſpacium quo ſol ducit̄ circa totã terra₃ ab oriente vſq₃ in occidentē.ſc₃ ſpaciū diei ⁊ noctis qd̄ ſemꝑ cõtinet.xxiiij.horas. Dicit̄ dies iſta a dijs quoꝝ nõia romani quibuſdã ſyderibus ſacrauerunt vñ quelibet dies ab aliquo deo antiquitus vocata ē vt a ioue ⁊ alijs: prout ſub ſeptimana dictū eſt. vel a dia qd̄ eſt duo: q: cõtinet duo tꝑa noctem.ſ.⁊ diem vſualem. Quãdo aūt incipiat dictu₃ eſt in ꝓhemio ſeptime partis. Artificialis eſt ſpaciū quo ſol morat̄ ſuꝑ noſtrum hemiſpheriū ab ortu ſolis vſq₃ ad occaſum. Et hoc ſm ſolis aſcenſum ⁊ deſcēſum creſcit pariter ⁊ decreſcit. Dicit̄ autē dies a dian qd̄ eſt claritas. Et dicit̄ vſualis ſiue artificialis: quia ſolu₃ hoc tēpus aptū eſt vſibus ⁊ artificijs exercendis. Reliqua pars diei dicitur nox a noceo: q: nocet viſui et vſui: ⁊ ideo vocata eſt dies a meliori parte ſiue commemoratione noctis. Iuxta illud. Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹. Rurſus partes diei ſunt tres ſm Iſido.ſ.mane: meridies ⁊ ſuprema. Mane ē lux matura ⁊ plena nec iam crepuſculus. Meridies dicitur quaſi medidies id eſt medius dies: vel quia tunc purior dies eſt. Suprema eſt poſtrema ps diei Sexto dicitur a clauſis feris. Noctis vero partes ſunt ſeptē.ſ.veſpere: crepuſculū: cõticiniū: intempeſtum: galliciniū: matutinum: ⁊ diluculum. Veſperu₃ dicit̄ a veſpere occidētali ſtella que tenebras ſequētes procedit: ⁊ dicunt̄ tenebre quaſi tenētes vmbrã. Crepuſculum dicit̄ dubia lux.ſ.inter lucem ⁊ tenebras. Conticinium eſt quãdo iam omnes ſilent. Intempeſtum eſt mediū noctis tempus quãdo nil agi põt ⁊ omnia ſilent quaſi in oportunū. Galliciniū dicitur ꝓpter gallos lucis prenūcios. Matutinum eſt inter abſceſſum tenebraꝝ ⁊ aurore aduentum. Diluculum dicitur quaſi incipiens parua diei lux ⁊ aurora que ſolem precedat. Eſt enī aurora diei clareſcētis exordium. ¶ Et nota ꝙ dies alij ſunt ſyderales in quibus ſydera mouentur ⁊ homines a nauigationibus excludūtur. alij preliales de quibus in libris Regum. Quibus reges ſolent ad bella procedere. alij interſcalares: quos ſcimus.xij.menſibus ſupereſſe. alij caniculares. alij ſolſticiales. alij equinoctiales. de quibus iam premiſſu₃ eſt. alij faſti in quibus iura fantur. alij nefaſti eis contrarij. alij feſti.i.feſtiui: vt dies azimorum. alij ꝓfeſti quaſi procul a feſtis vt feriales. alij mali ſunt. qm̄ in eis plus ſolito homines affligunt̄. Unde aplſs. Redimentes tēpus quãdo dies mali ſunt ⁊ ecõtrario ſunt boni. alij egypciaci: de quibus premiſſum eſt. eſt etiam dies ſalutis in quo dñs venit ad ſaluandum. Eſt etiam dies iudicij: in quo dñs veniet ad iudicandū: qui erit bonis dies leticie: malis autem calamitatis ⁊ miſerie. Momentum vero eſt minimum atq₃ anguſtum tēpus. a motu ſyderum dictū eſt enim extremitas hore in breuib⁹ interuallis cum aliquid ſibi cedit atq₃ ſuccedit ſm Iſido. Hora grecum nomen eſt: ⁊ tamē latinum ſonat eſt enim finis temporis quot autem horas continet dies naturalis dictum eſt in principio huius partis.

¶ Rubrice ſecunde partis tractantis de anno lunari.

Sequitur ſecunda pars de anno lunari. in qua agit̄ primo quid ſit annus lunaris: ⁊ quot dies contineat. Secūdo de regularibus lunarib⁹. Tertio de epacta. Quarto d̄ embooliſmo. Quito de aureo numero. Sexto de termino paſchali ⁊ aliarum mobilium feſtiuitatum. Septimo de ciclis.

¶ Quid ſit annus lunaris: ⁊ quot dies contineat. Rubrica.

Annus lunaris dicitur trib⁹ modis. Primo modo annus lunaris eſt ſpaciu₃ quo luna circuit totu₃ zodiacū: qd̄ facit in.xxvij. diebus ⁊ duodeci₃ horis. Secūdo modo dicitur ãnus lunaris ſpaciū quo luna circuit ſole₃ ab vna aſcenſione vſq₃ ad aliam: ⁊ hoc facit in.xxix.die

bus.ꝛ.xij.horis. Nã cũ luna ſeparatur a ſole ad peragrandum zodiacum.ꝛ poſtea reuertit ad eũdẽ punctum in q̃ dimiſerat ſolẽ nõ inuenit illum ibi:q: ſol iã tũ pceſſit ſuo motu:q: luna laborat recurrere ad eũ ſiue attingere ipm duob⁹ diebus ꝛ trib⁹ horis. Tertio dr̃ annus lunaris ſpaciũ duodecim lunationũ in anno cõi:ꝛ tredeci in emboliſmali. de q̃bus infra dicet cũ g̃ lunatio q̃libet cõſtet ex.xxix.diebus.ꝛ.xij. horis q: nõ curat eccl'ia de minutis.ꝛ ex.xij.horis p̃cedẽtis lunationis.ꝛ ex.xij.ſeq̃ntis cõſtituit vna dies naturalis q̃ ſemp lunationi p̃cedẽti attribuit ita q lunatio p̃cedentis menſis ſemp habeat.xxx.dies ꝛ ſeq̃ntis.xxix.niſi ſit aliud ppter biſextum vel emboliſmum vel ſaltum lune. vñ v̄. Luna par ꝫ mẽſis nũq̃ triceſima fiet. Impar triceno nunq̃ niſi fine carebit. Tpe biſexti febri triceſima luna eſt. Naꝫ iulij luna tunc ẽ.xxix. Par mẽſis dr̃:q: numerãdo a ianuario p ordinem cadit in numerum parem vt februari⁹ aplis:iuni⁹:auguſt⁹:october:decẽber:quoꝝ lunatio ſemp eſt.xxix.dieꝝ.excepto februario cui⁹ lunatio ẽ xxx.qñ eſt biſextus. Impar vo eſt qñ cadit in numerum iparem:vt ianuarius:martius:maius:iulius:ſeptember:ꝛ nouember:quoꝝ lunatio ſemp eſt.xxx. dieꝝ:excepto iulio q̃ in vltimo anno cicli lunaris pp ſaltum lune hꝫ tm̃.xxx. Ex his aũt.xij.lunationibus conſtituuntur trecenti quinquagintaquattuor dies in anno lunari.ꝛ ſic annus lunaris in.xj.diebus exceditur a ſolari:ex quo exceſſu diuerſa varietas etatis lune cõſurgit:ita q vbicunq̃ fuerit luna prima in p̄mo anno fit i ſcđo.xj.ppter quã varietatem duoꝝ numeroꝝ genera ſunt inuenta:regulares vꝫ ꝛ epacte de quibus breuiter videamus.

De regularibus lunaribus Rubrica

Nunc videamus de regularibus. Et q̃dem regularis lunaris eſt numer⁹ inuariabilis datus mẽſi ad inueniẽdum lunam in Kal'.mẽſium ſingulorum. Habẽt autẽ oẽtum regulares ab illis q̃nq̃ diebus q̃ ſuperſunt in anno ſolari ſupra trecẽtos ſexaginta dies. vñ quilꝫ regulares dati ſunt ſeptẽbri a quo annus lunaris ſumit initium. Regulares vo alioꝝ menſium ſic formãtur. Iunge regulares mẽſis cum diebus eius:ꝛ ab illa ſumma ſubtrahe lunationem eius:ꝛ reſiduũ qđ remanſerit erit regularis illius mẽſis v̄bigratia. September hꝫ quinq̃ regulares:ꝛ dies eius ſunt.xxx. qui coniuncti regularibus conſtituunt.xxxv.ꝛ lunatio ſeptembris ẽ triceſima qua ſubtracta remanent v.q̃ ſunt regulares ſeq̃ntis mẽſis:ſcꝫ octobris.ꝛ ſic de alijs vſq̃ ad ſeptembrem. Nam egyptij ſuum annum incipiunt a ſeptẽbri:ꝛ ideo nos annum lunareꝫ incipimus a ſeptembri. De regularibus tradit iſte v̄ſus. Dic.e.g.bis.i.k bis.poſt manet ordo.q.d. Dic e.bis q̃ eſt quinta in alphabeto.i.primis duobus mẽſibus anni lunaris dantur q̃nq̃ p regularibus. Itẽ dic bis.g.q̃ eſt.vij.in alphabeto.i.tertius ꝛ quartus menſis habẽt ſeptem p regularibus. Item dic bis .i.que eſt nona in alphabeto.i.quintus ꝛ ſeptimus menſis habent.ix.pro regularibus. Itẽ dic bis.k.q̃ eſt.x.in alphabeto.i.ſextus ꝛ octauus mẽſis habẽt x.pro regularibus. Et nota q hic tranſitus de quinto ad ſeptimum ꝛ de ſexto ad octauum:vt patet in formando ipſos regulares quia ianuarius ꝛ martius.ix.ꝛ februarius ꝛ aplis.x.habent:ſed poſt manet ordo.id eſt maius.xj. iunius.xij.iulius.xiij.auguſtus.xiiij.habent.

De epacta Rubrica

Sequitur de epacta.eſt autẽ epacta numerus variabilis dat⁹ anno ad inueniẽdum lunam i kal'. cuiuſlibet mẽſis ꝛ dr̃ epacta ab epi qđ eſt ſupra ꝛ aucta q eſt ſuperexcreſcẽtia anni lunaris a ſolari Ideoq̃ annus prim⁹ cicli lunarꝭ nullam hꝫ epactam:q: nullus annus preceſſit a quo.xj.accepiſſet. Scđs vero hꝫ.xj. p epacta q: epacta oritur ab illis.xj.dieb⁹ quib⁹ annus lunaris exceditur a ſolari. Tertius vero annus hꝫ.xxij.quia ſemper adduntur.xj.ſi non tranſcẽdat xxx.ſi vero tranſcendat triginta abiectis triginta reſiduum erit epacta illius anni.ꝛ ideo in quarto ãno quia ſumma aſcendit.xxiij.adiectis.xxxiij.ſũt epacte illius anni. Epacte vero grece: dicuntur latine abiectiones annue lunares que per numerum.xj.vſq̃ ad tricenarium in ſe reuoluuntur: quas egyptij ideo adijciunt vt lunaris curſio ratione ſolis coequetur. Luna enim iuxta curſum ſuum.xxix.ſemis dies lucere dignoſcitur: ꝛ fiunt in annum lunarem dies tredecim.liiij.remanent ad curſum anni ſolaris dieſ xj.quos egyptij adijciunt. Abſq̃ his non inuenies lunam quota ſit in quolibet anno menſe ꝛ die. epacte omnium annorum cicli lunaris per hanc tabulaꝫ denotantur:ita q hoc verbum nulla reſpondet primo anno:ꝛ ſinguli ſequentes numeri reſpondent ſingulis annis cicli vſq̃ ad.ix.vt nulla.xj.xxij.iij.xiiij. xv.vj.xvij.ix.xj.xij.xiij.v.xvj.xxvij.viij.xix.xxx. Sꝫ hoc idem etiam oſtenditur per hos verſus. Annis adde monos domini partire per vnde Viginti lune ciclis ꝛ inde patet. Hoc vult dicere q ſi volumus ſcire quotus ſit annus epactalis ſiue cicli.debemus diuidere annos domini per.xix.quotiens poſſumus ꝛ addere vnum quia quando chriſtus natus fuit tantum proceſſerat ille ciclus:ꝛ quota fuerit ſumma q̃ remanſerit tot⁹ erit ann⁹ cicli epactalis verbigratia Hoc anno computamus annos domini mille ducentos octuaginta ſex quorum mille ducenti ſeptuaginta tres ſunt recte per decem ꝛ nouem diuiſi.ſupſunt xiij.de p̄dicto numero.addito ergo vno fiunt.xiiij. vnde hoc anno eſt decimuſquartus annus cicli lunaris.in anno ſequenti erit.xv.ꝛ ſic vſq̃ ad decem nouem.poſtea reditur ad primum.ꝛ hoc verum eſt ſm illos qui incipiunt computare annos domini a natiuitate xp̄i:vel a kalendis ianuarij.nõ aũt ſm eos q̃

vel in kalēdis ianuarij.nō aūt ſm eos qui illos im-
mutant in kalendis ſeptēb:is τ faciunt ibi diuiſio-
nem.nam tūc addēdi ſunt duo anni.Pōt ēt τ aliter
inueniri epacta.vt ſi ſummam q̄ remanet de p̄miſſa
diuiſione annorum dn̄i p tres iuncturas pollicis nu
meremus.Si eīn numer' finit in prima iunctura de
bem' demere vnum de ipſo numero.ſi in ſecunda de
bem' addere nouem:ſi in tertia debem' addere de-
cem τ nouem τ ſumma inde pueniens eſt epacta.et
hoc ſi triginta non tranſeat.Si vo tranſiret.adiectis
triginta reſiduuȝ eſt epacta.vn̄ vſus.Deme vnū poſt
adde nouē poſt dena nouemq;.Inuēta igit epacta
debem' eam iungere cum regularib' menſis cui' lu-
nam volum' inuenire:τ quota fuerit ſumma inde p
ueniens tota erit luna in kalendis illi' menſis dum
modo triginta non tranſeat.ſi vero triginta trāſiret
abiectis triginta reſiduum erit etas lune.τ ſi ſumma
illa fuerit triginta in kalēdis mēſis:tūc luna erit tri
ginta:ſi aūt epacta nulla fuerit.puta in p:mo anno
cicli lunaris:tunc ad inueniendum lunam ſufficit re
gularis.Sed qm̄ epactaꝝ ratio quandoq; fallit p:o
pter emboliſmum ſiue ſaltum lune ideo de ipſo bre-
uiter videamus.

De emboliſmo. Rubrica

Circa emboliſmum ſiue lune ſaltum
notandum ē q emboliſm' grece in
terp̄tat latine ſupaugmētum ſeu ſu
percreſcētia anni ſolaris ſup luna
rē.Qꝛ ergo ann' ſolaris excedit luna
rem in.xj.dieb':ex illo exceſſu cōſti
tuunt ſeptem lunationes in.xix.annis cicli lunaris
multiplicatis illis.xj.dieb'.Et dicuntur emboliſma-
les quarum quelibet ē.xxx.dieꝝ.τ attribuunt ſeptē
annis emboliſmalib'.ita q in quolibet ciclo lunari
ſunt ſeptē anni emboliſmales.τ.xij.communes.Ap
pellat aūt ān' ēboliſmalis:qꝛ.xiiij.luna p̄cedentis paſ
che vſq; ad quartamdecimam ſequētis habet.xiij.lu
nationes ſiue.xiij.menſes lunares.id eſt trecentos
octuagintaquattuo: dies.τ iſte eſt ann' ſcdō moyſi
diuinit' reuelat'.Communis vero habet tantuȝ.xij
lunationes id eſt trecentos.liiij.dies quorum diſpo
ſitiones continet iſte verſus.Cur fles has lachry-
mas odioſum quere ty:annum.In iſto verſu ſunt ſe
ptem dictiōes.vij.annis emboliſmalib' ſeruientes.
Prima p:imo:ſecūda ſecundo:τ ſic per o:dinem:ita
q quota eſt p:ima littera alicui' iſtarum dictionum
in alphabeto tot' ann' cicli epactalis erit ann' em-
boliſmalis.verbigratia.Cur eſt p:ima dictio τ ſeruit
p̄mo anno emboliſmali.τ c eſt p:ima littera illius di
ctionis que eſt tertia in alphabeto.ergo terti' ann'
cicli lunaris ē emboliſmalis:τ ita de alijs.hoc obſer
uato q hec dictio has debet ſcribi cum.h.Et dicit
ann' communis:quia ſepe duo ita coniunctim ince
dunt vt inuicem ſe in paſchali ſolennitate ſequantur
emboliſmalis enim ſemper ſol' eſt.O:do autem iſto
rum anno:um communium τ emboliſmalium patet
in linea ſub ſequēti.Communis cōmunis.emboliſ
malis:cōis cōis emboliſmalis:cōis emboliſmalis:
communis cōmunis emboliſmalis:communis cōis
emboliſmalis:cōis emboliſmalis.cōis cōis emboliſ
malis.Habito aūt anno emboliſmali poſſum' ſcire
in quo menſe lunatio emboliſmalis contingat p hūc
vſum.Mobilis τ xp̄m mō liber habeto cocuum.In
iſto vſu ſunt ſeptem dictiones ſeptem menſib' ſeruiē
tes in quibus contingunt lunationes emboliſmales
in p:efatis ſeptem annis:p:ima p:imo:ſcda ſecundo
τ ſic per o:dinem:itaq; quota erit p:ima littera alicu
ius iſtarum dictionum in alphabeto toto mēſe illi'
anni cui ſeruit illa dictio contingit lunatio emboliſ
malis.Item quota erit p:ima littera ſcde ſyllabe in
alphabeto tota die mēſis incipit lunatio emboliſma
lis.verbigratia.Mobilis eſt p:ima dictio τ ſeruit p̄
me lunationi que contingit in tertio anno cicli luna-
ris.τ.m.eſt p:ima littera hui' dictionis:τ eſt.xij.in
alphabeto.ergo in.xij.menſe contingit lunatio em-
boliſmalis.Item.b.eſt p:ima littera ſecūde ſyllabe:
τ eſt ſecunda in alphabeto:ergo in ſecunda die illi'
menſis incipit illa lunatio.τ ſic de alijs.Si aūt velis
pleni' hui' rei veritatem inquirere:recurre ad epa-
ctam τ regulares illi' anni de quovis ſcire τ ita inue
nies eſſe.Nunc videamus vbi fallit epacta iuncta
regularib' p:opter emboliſmum ſeu ſaltuȝ lune.Cir
ca quod nota q; licet in ciclo lunari ſint ſeptem anni
emboliſmales vt ſuperius dictum eſt:non tamē fal-
lit epacta niſi in trib'.ſ.in.viij.xj.τ.xix.vnde verſus
Octauo vndecimo poſtremo fallit epacta.In q̄ aūt
loco vel mēſe vel quot locis fallit epacta iuncta regu
laribus vis verſib' denotatur.Iulius vndenis ter
maius octo vicenis biſext' niſi ſit mars peccat in vn
de tricenis.In totidem maius:auguſtus vo duob'
hoc ē dicere q in octauo anno cicli lunaris fallit epa
cta cum regularibus in maio τ iulio.quia in kalen.
maij cum luna deberet eſſe.xxviij.ſm epactam nō re
peritur niſi.xxvij.p:opter emboliſmum.Item fallit
in kal'.iulij eodem anno quia tunc luna deberet eſſe
xxx.ſcdm epactam tamen non reperitur niſi.xxix.p
pter emboliſmum vbi credendum eſt emboliſmo et
non epacte.item in.xj.anno fallit epacta.qꝛ in kalē.
martij ſcdm epactam deberet eſſe luna.xxix.ſed p:o
pter emboliſmum reperitur tantum.xxviij.Verum-
tamen ſi in illo anno fuerit biſextus:tunc co:rigitur
ille erro:qm̄ pter biſextum addit vna dies item i
xix.āno fallit epacta in duobus locis.nam ſcdm epa
ctam luna deberet eſſe.xxix.in kalen.maij:ſed pter
emboliſmum non reperit niſi.xxviij.τ in codeȝ fallit
in kalen.auguſti.qꝛ ſcdm epactam luna deberet ibi
eſſe.ij.ſed pter ſaltum lune ibi tertia inuenitur:q̄a
lunatio iulij q̄ deberet eſſe.xxx.in illo anno eſt tātuȝ
xxix.τ hoc contingit pter erro:ē nři compoti.τ tūc
annus in duob' dieb' excedit a ſolari.De ſaltu lune
tradit iſte verſus.Luna facit ſaltum quintilis luce
ſup:ema.Retrocedit eīn luna vna die ſicut diximus
p:opter erro:em noſtri compoti.vt in ſequenti anno
in kalen.ſeptembris luna redeat ſicut debet niſi
enim ſaltus lune colligeretur contingeret erro:vt in
xiiij.ciclis diceretur luna p:ima quando eſſet pleni
lunium.Colligitur autem ſic iſte dies.quelibet enī

lunatio ad hoc vt lunationes ſint equales haberet xxix. dies ⁊ dimidium minus quattuor momentis ⁊ vna vncia ⁊ vno athomo. ſunt autem in ciclo ducenti trigintaquinq lunationes. erunt ergo quater tot momenta: que ſunt in vniuerſo noningenta quadraginta que diuiſa per .xl. conſtituūt .xxiij. horas ⁊ dimidiam. Poſtea ex .ccxxxv. vncijs conſtituunt xix. momenta ⁊ remanent ſeptem vncie. et ex .ccxxxv. athomis conſtituuntur .v. vncie que vncie cum ſeptem prioribus faciunt vnum momētum. quod iunctum ad .xix. momenta prehabita facit dimidiā horam que iuncta cum alijs .xxiij. ⁊ dimidiā facit vnam diem que ſubtrahitur vltimo anno a lunatione iulij: ⁊ dicitur ſaltus lune. Poteſt etiam facilius hoc modo colligi. Annus lunaris cōſtat ex .cccliiij. diebus minus vna hora ⁊ quarta parte vnius hore ⁊ ſeptuageſima ſexta parte quarte vnius hore: ergo in xix. annis habentur .xix. hore. ⁊ .xix. quarte horarū. ⁊ .xix. octuagintaſex partes quarte vnius hore que faciunt in .xix. annis quartam partem vnius hore: ⁊ ita erunt .xx. quarte horarum que faciunt .v. horas que iuncte .xxiij. horis prehabitis faciūt vnum diē. Eſt igitur ſaltus lune quidam dies collectus in .xix. annis ex eo ſuperfluo qd dat lunationibus: ⁊ dicit ſaltus lune non ꝙ luna magis ſaliat illa die ꝗ alia: ſed quia nos lunam computantes diem illam ſuperquam in alijs annis lunatio iulij dicitur .xxx. ſalim⁹ ſiue pretermittimus non computantes lunam in vltimo anno cicli decēnouenalis niſi .xix. ideo autem ſubtrahitur dies illa a lunatione iulij in vltimo anno cicli decemnouenalis: quia iulius eſt vltimus in anno epactali inter menſes habētes .xxx. dies in lunatione. vnde vltimo anno lunatio iulij non computatur triceſima: ſed viceſimanona: ⁊ ideo aureus numerus illius ſcilicet decemnouenalis ꝗuis creſcat ſequitur ſine interuallo minorem ⁊ per conſequens in alijs menſibus ſequentibus vſq ad ianuarium: ſicut infra dicetur. Saltus ergo lune facit duas lunationes pariter eſſe vigintinouē dierum. ad prefatos ergo errores facilius corrigendos inuentus eſt aureus numerus: de quo breuiter eſt dicendum.

De aureo numero. Rubrica.

Aureusnumerus eſt ille qui ponitur in kalendario qui in quolibet menſe indicat lunam primam ad priuatos errores facilius corrigendos inuentus. Et dicitur aureus numer⁹ per ſimilitudinem: quia ſicut aurum ſuperat omnia metalla: ita iſte numerus omnes alias rationes lunares excellit quem iulius ceſar cum tanta diligentia dicitur inueniſſe: qui incipiens a quocūq anno cicli lunaris vbicūq inuenit lunam primam in primo anno cicli poſuit .i. in kalendario in latere extrinſeco iuxta litteras feriales ſcilicet in quolibet menſe: ⁊ in ſecundo anno vbicūq inuenit primam poſuit .ij. in quolibet menſe: ⁊ in tertio .iij. ⁊ ſic de alijs: ⁊ ideo in kalen. ianuarij ternarius ē numerus quia ibi luna inuenitur tertio anno prima. nec ibi debet poni alius numerus ꝗ ternarius: q: in nullo anno kalendis ianuarij luna eſt prima niſi in tertio anno cicli decēnouenalis. In quibuſdā tamen kalendarijs numeri ipſi deſignantur per litteras alphabeti. nam pro vno interponitur ibi a pro duobus b pro tribus .c. ⁊ ſic de alijs numeris ⁊ litteris ⁊ ſeriatim vſq ad litteram t que eſt .xix. in ordine alphabeti. Formatur autem aureus numer⁹ ab illo ternario qui ponitur in kalen. ianuarij. nam illis tribus adduntur .viij. et conſtituuntur .xj. numerus debet poni in tertia littera ianuarij. Itē illis .xj. adduntur .viij. que cōſtituunt .xix. qui numerus debet poni cum interuallo in .v. littera ianuarij. Item illis xix. addant .viij. ⁊ ſic ſunt .xxvij. ſed q: aureus numerus nō tranſit .xix. ideo abiectis .xix. reſiduum ſcilicet .viij. debet poni immediate poſt .xix. ⁊ ſic per totum kalendarium. Patet ergo ꝙ quando maior numerus ſequitur minorem tūc debet inter vtrūq numerum dimitti vna littera: ⁊ quādo minor ſequitur maiorem: tunc nulla debet littera intermitti. vnde verſus. De trib⁹ octo cauēs ſuperet ꝗ dena nouēq. Maior ſit ternus minor aureus eſto ſcđs. Uerumtamen formatio illa fallit in omni menſe: cuius lunatio eſt .xxix. dierum ſcilicet in februario: aprili: iunio auguſto: octobri: ⁊ decembri in quibus poſt minorem numerum maior immediate locatus ſequitur circa principium menſis qđ patet hoc verſu. Menſe breuis lune februs eſt ars dat cito ganger. In iſto verſu ſunt ſex dictiōes ſex menſib⁹ deſeruiētes: quorum lunatio eſt .xxix. incipiēdo in medio verſu vbi dicit februs: ita ꝙ quecūq fuerit initialis littera alicui⁹ iſtarum dictionum ſuper eadē littera in kalendario maior numerus ſequitur minorem ſine ſpacio id eſt nulla littera dimiſſa in illo menſe cui ſeruit illa dictio. verbigratia. Februs eſt prima dictio ⁊ ſeruit primo menſi cuius lunatio eſt .xxix. ſcilicet febru. ⁊ f eſt prima littera: ergo ſuper primum f menſis februarij maior numerus ſequit minorem immediate. ſimiliter ſuper primū e aprilis: ⁊ ſic de alijs. ſed ſuper primum g decembris maior .f. xiiij. ſequitur immediate minorem .f. ij. ⁊ ſuper eadem littera: q: ibi eſt duplex aureus numerus quod deſignat geminatio hui⁹ littere g in hac dictione ganger. Item fallit in iulio ⁊ reliquis menſibus vſq ad ianuariū in quibus circa finem numerus .xix. ſequitur imediate ad .xj. numerum. vnde verſus. Iulius ⁊ reliqui qui reſtant dena nouemq. Iungūt vndeno ſic ē ratus aureus ordo. Item ſciendum eſt ꝙ quando .xix. imediate ſequit .xj. tunc octauus qui ſequitur debet tertio loco poni. vnde verſus. Quando continuas vndenis dena nouemq. Maiori trinus tunc octonarius eſto.

De termino paſchali. Rubrica.

De termino paſchali triplex datur ratio. prima per claues moſaycas. ſecunda per etatem lune. tertia per tabulas manuales: dequarum qualibet videndum eſt. Sed primo de clauibus: et ideo videndū eſt quid

ſit clauis et vnde dicatur: et Unde habet ortum: ⁊ ad quid inuenta fuerit. Clauis eſt numerus variabilis datus anno ad inueniendū pͥncipia quinq; mobilium feſtiuitatum: ſcꝫ ſeptuageſime: quadrageſime paſchalis: rogationū: ⁊ penthecoſtes: ideo ſunt quinq; claues: ⁊ quodlibet pdictoꝝ feſtoꝝ hꝫ triginta quinq; dies in quibus ſempꝫ celebrantur. A ſede aūt cuiuſlibet clauis numerant̄ dies vndecim: ⁊ vſq; ad initium ipſoꝝ triginta quinq; dierū: prout hec infra patebunt. Et dicit̄ clauis ꝑ ſilitudinem: q: ſicut per claues oſtia reſerant̄: ita per taleꝫ numerum principia dictarum feſtiuitatum nobis denotant̄. Habent eī ortum iſte claues: terminoꝝ a .xix. anni cicli lunaris ⁊ .vij. diebus ſeptimane. vñ prima clauis eſt .xxvj. Claues autē alioꝝ annoꝝ ſic formant̄. addamus enim ſemper claui precedentis anni .xix. ⁊ ſumma inde pueniens erit clauis ſequētis anni ſi non ſuperat .xl. ſi vo ſumma ſuperat .xl. abiectis .xxx. reſiduum erit clauis ſequentis anni: verbi gratia. Clauis primi anni eſt .xxvj. cui ſi iungantur .xix. erunt .xlv. vnde abiectis .xxx. remanēt .xv. qui numerus eſt clauis ſequentis anni: ⁊ ita formantur vſq; ad .xix. annos per ordinem: q: nō proceditur vltra .xix. numerum ſed reuertit̄ ad prioreꝫ vnde ciclus clauium aurei numeri ⁊ epactarum nō differunt quantitate: differunt tamen principio: q: ciclus epactarum incipit a ſeptembri. ciclus auteꝫ aurei numeri ⁊ clauium a ianuario. Unde ſi velim⁹ ſcire quotus ſit annus cicli aurei numeri ⁊ clauium poſſumus ſcire per diuiſionem annoꝝ dñi factā ſuperius in titulo de epacta. Inuento quotus ſit annus clauiū poſſum⁹ ſcire que ſit clauis illius anni ꝑ aliam hanc rationem. Numerus enim ille qui remanet de diuiſione annoꝝ dñi numerari debet ꝑ ſummitates quinq; digitoꝝ incohādo a pollice: ⁊ ſi numerus terminatur in pollice debemus addere .xxv. ⁊ ſumma inde proueniens erit clauis illius anni. ſi vo numerus finitur in indice debemus addere .xiij ſi in medio .xxxj. ſi in anulari .xix. ſi in auriculari .vij ⁊ ſi ſumma inde proueniens excellerit .xl. abiectis .xxx. quod remanſerit erit clauis: que additio his verſibus continetur. Uiginti quinq; tredecim plus eſſe tricenos. Unde vicena epa digitis pro clauib⁹ apta. Sedes quidem clauium numq̄ inuenitur in kalendario niſi ſuper hanc litteram g. prima ergo ianuarij g. eſt clauis ſeptuageſime vltima g. eiuſdē menſis eſt clauis quadrageſime. ⁊ ſecūda g. martij eſt clauis paſchalis. tertia g. aprilis eſt clauis rogationum. vltima g. aprilis eſt clauis penthecoſtes. vnde verſus. Ultima g. prima ian: martiſq; ſecūda Aprilis terna tibi ſignat et vltima clauem. Habita ergo claue anni incipe cōputare a ſede clauis ⁊ cōple illam in diebus kalendarij per ordinē pcedendo: ⁊ vbi terminabit̄ ibi erit terminus ſolēnitatis: ita ꝙ in primo die dñico ibi ſequēti erit initium ſolēnitatis cuius eſt clauis: ſed rogationes incipiūt i ſequēti die lune ⁊ ſi fuerit biſextus cuilibet claui ē vna dies addenda. Poſſumus etiā ſcire paſchales terminos ꝑ etatē lune: cuius rōneꝫ ſequimur iuxta conſuetudinem iudeoꝝ. de quo talis datur regula Accipe lunam quecūq; eſt in feſto epyphanie ⁊ pſice illam pcedendo ꝑ dies kalendarij ordinate vſq; ad .xl. dies. ⁊ ſi fuerit biſextus vſq; ad .xlj. in prima die dñica ſequenti erit initium ſeptuageſime. vnde verſus. A feſto ſtelle numerando pfice lunā. Quadraginta dies poſt ſeptuageſima fiet. Biſext⁹ qñ fuerit ſupaddit̄ vnus. Si cadit in lucem dñi: tunc ſume ſequētē. Si cadit in feriā. ſeptenā ſitq; biſextus. Linque diem dñi primū ſumaſq; ſcdm. Habita ergo ſeptuageſima terminos aliaꝝ mobilium feſtiuitatum facile ſcire potes. Nā a ſeptuageſima vſq; ad quadrageſimam ſunt tres integre ſeptimane. a quadrageſima vſq; ad paſcha ſūt ſex integre ſeptimane. a paſcha vo vſq; ad diem lune rogationū ſūt quinq; ſeptimane ⁊ vnus dies. a paſcha vo vſq; ad penthecoſten computant̄ quinquies decem dies. Terminum quoq; paſchalem his verſibus ſcire potes. Poſt nonas martis vt ſit luna noua require. Tertia lux dñi prima paſcha tenet. ¶ Rurſus vbicūq; poſt duodecim kalendas aprilis luna decima quarta reperitur in dñica prima paſcha celebrat̄. Item qualiſcūq; luna fuit in kalendis ianuarij talem fac eam in feſto ſancti Benedicti ſiue duodecimo kalendas aprilis et illam computes vſq; ad .xxiiij. ⁊ ibi erit paſcha hebreoꝝ. ¶ Rurſus ab octauo idus martij vſq; ad nonas aprilis ſūt dies .xxix. quocūq; ꝗ illoꝝ luna fuerit pͥma: computet̄ vſq; ad quattuordecim: ⁊ ibi erit paſcha hebreoꝝ. Eſt etiā ⁊ alia ratio inueniendi paſcha per etatem lune: qñ quando luna currit per vnum: erit paſcha dominica prima poſt nonas aprilis: quādo currit per duo erit dominica prima poſt .viij. kalendas aprilis: qñ currit per tres erit dominica prima poſt idus aprilis: quando currit per quattuor erit dominica pͥma poſt nona aprilis: quādo per quinq; erit dominica prima poſt vndecimo kalēdas aprilis: quando per ſex erit dominica prima poſt quarto idus aprilis: quādo per ſeptem erit dominica prima poſt tertio kalendas aprilis: quando per octo erit dñica pͥma poſt quattuordecimū kalendas maij: qñ per nouē erit dominica pͥma poſt ſeptio idus aprilis quādo per decem erit dominica prima poſt .vi. kalendas aprilis: quando per vndecim erit dominica prima poſt .xvij. kalendas maij: quando ꝑ duodecim erit dominica prima poſt pridie nonas aprilis: quando per tredecim erit dominica prima poſt .ix kalēdas aprilis: quando per quattuordecim erit dñica pͥma poſt .ij. idus aprilis: quando per quindecim erit dominica prima poſt kalendas aprilis: quando ꝑ ſexdecim erit dominica prima poſt .xij. kalendas aprilis quando per decemſeptē erit dñica pͥma poſt .v. idus aprilis. Quando per octodecim erit dñica prima poſt quartum idus aprilis: qñ per .xix. erit dominica poſt .xv. kalendas maij. Tabulas inſuper manuales nōnulli ad inueniēdos paſchales terminos pfecere: ſicē Dionyſius. Iſidorus ⁊ q̇dā alij q̄s ad pñs durim⁹ dimittēdas ne difficultas ſit nimiū onoroſa. Ad pñs igit̄ ſufficiant carmina nr̄a infra

ſcripta. Eſſe grauē nobis bello karnen kaucamus.
Bellū ſepe gerēs ēt puto deijcit hoſtē. Mor aīc iu-
crū inuenies cū religioſis. In his vſib⁹ ſunt.xix.di-
ctiones.xix.annis cicli lunaris ſeruiētes.pma pmo
ſcda ſcdo.ꝛ ſic ꝑ ordinē:ſumpto initio a pmo anno ci
cli ꝛ quota fuerit pma littera dictionis in ordine al
phabeti q̄ nō deſinat in.m.tota die aplis ꝯputādo a
mēſis pncipio vſus finē erit termin⁹ paſche hebreo-
rū.i.luna.xiiij.ꝛ in prima dñica ſubſequēti erit paſ-
cha nrm.ſicut in ſexta parte ſub tractatu de paſcha
plene dictū eſt. Ibi ēt pȝ quare ſub.v.kal. april ſcri
bit̄ in kalēdario reſurrectio dñi. Si vo dictio deſi-
nit in.m.quota eius erit prima lr̄a i alphabeto tota
die martij computādo a mēſis fine vſus pncipium
erit terminus paſchalis iudeoꝝ ꝛ in pmo die dñico
q̄ poſtea occurrerit deſcēdēdo vſus finem erit paſ-
cha nrm hoc cautius obſeruādo:q: karnen ꝛ kauca
mus in pfatis vſibus debent ſcribi ꝑ k ꝛ hoſtē debȝ
ſcribi ꝑ h q̄ in hoc loco ꝓ lr̄a reputat̄. Pōt ꝛ alit̄ paſ
cha facile inueniri.pone eñi in kalēdario tuo in mar
gine aureum numeꝝ ſeq̄ntē.vicȝ iuxta.xij.kal.april
pone.xvj.iux̄.xj.kal.pone.v.iux̄.xij.kal.xiij.iux̄.viij
kal.ij.iuxta.vj.kal.x.iuxta.iiij.kalen.xviij.iuxta.iij
kalendā.vij. Item iuxta kalē.april.xv.iuxta.iiij.no-
nas aprilis.iiij.iuxta.ij.nonas.xij.iuxta nonas.j.
iuxta.vj.idus.xix.iuxta.v.idus.xvij.iuxta.iiij.idus
vj.iuxta.ij.idus.xiiij.iuxta idus.iij.iuxta.xvij.ka-
len.maij.xj.iuxta.xv.kalē.xix.iuxta.xiij.kalē.viij.
Volens ergo terminum paſche inuenire adde vnum
annis dñi tunc currētibus:poſtea diuide ipſos quo
tiens poteris per.xix.ꝛ ſi diuiſio ꝑficiatur.in.xix:ita
ꝙ nil ſuperſit:recurre ad kalēdarium tuum ꝛ in illa
die iuxta quam inuenies ſcriptuȝ.xix.erit paſcha he
breorum quod ſemper celebrant in.xiiij.luna ꝛ in ſe-
quenti dominica erit paſcha noſtruȝ. Si vero aliq̄d
ſuperſit ſuper vltima.xix.puta quinq; vel decem vel
xv.dies.tunc paſcha hebreorum erit in die illa iux-
ta quam ſcriptum inuenies.v.vel.x.vel.xv.ꝛ ſic de
alijs premiſſis numeris ꝛ diebus:ꝛ in ſequenti dñi-
ca erit paſcha noſtrum:quod non poteſt eſſe ante.xj
kalen.aprilis.nec poſt.vij.kalen.maij. verbigratia.
Hoc anno computantur anni domini milleducēti oc
tuagintaſex:quorum mille ducenti ſeptuagintatres
ſunt recte diuiſi ꝑ.xix.ſuperſunt ergo.xiij. de pmiſ-
ſo numero q̄bus addit̄ vnus ꝛ fiunt.xiiij.vbi ergo
inueneris in tuo kalēdario hunc numerum ibi erit
hoc anno paſcha iudeorum.in ſequenti vo anno erit
vbi inuenies ſcriptum.xv.ꝛ ſic vſq; ad.xix.poſtea ve
ro reditur ad.j.ꝛ ſic perpetuo fiet. Per eundem q̄
modum poteris terminū ſeptuageſime inuenire. Po
ne eñi in kalēdario tuo in margine iuxta.xvj.kalē.
februarij hunc numerum.viij. Item in eadem linea
pone.xvj.iuxta.xv.kalendā.februarij pone.v. iuxta.
xiij.kalen.xiij.iuxta.xij.kalen.ij.iuxta.x.kal.x.iux
ta.viij.kalen.viij.iuxta.vij.kal.vij.iuxta.v.kalen.
xv.iuxta.iiij.kalen.iiij.iuxta.ij.kalē.xij. Iteȝ iuxta
kalen.februarij.xix. Item iuxta.iij.nonas februarij
vj.iuxta.vj.idus.xiiij.iuxta.v.idus.iij.iux̄.iij.idus.
xj.iux̄ idus.xix.Diuiſio ergo annis dñi ꝑ.xix.vt pre
miſſum ē.vide qui numer⁹ ſupeſt.ſup.xix.ꝛ vbi illuȝ
in ipſo kalēdario inueneris: ibi erit termin⁹ ſeptua
geſime q̄ ſemꝑ eſt in luna vndecima.ꝛ in ſequenti do
minica ſeptuageſimam celebramus que nō pōt eſſe
añ.xv.kalēdas februarij:nec poſt.ix.kalēdas mar-
tij.ſicut nec quadrageſima pōt eſſe ante.vj.idus fe
bruarij:nec poſt.ij.idus martij. Eodem etiam modo
terminus pēthecoſtes inueniri poteſt.pone enim in
tuo kalendario in margine iuxta.vij.idus maij.xvj.
iuxta.vj.idus.v.iuxta.iiij.idus.xiij.iuxta.iij.id⁹.ij.
iuxta idus.x. Itē iuxta.xvij.kalē.iunij.xviij.iux̄.xv
kal.vij.iuxta.xiij.kal.xv.iuxta.xij.kalen.iiij.iuxta.
x.kal.xij.iuxta.ix.kalen.j.iuxta.vij.kalendā.xix.iux-
ta v.kal.xij.iuxta.iiij.kal.vj.iuxta.ij.kal.xiiij. Itē
iuxta kalē.iunij.iij.iuxta.iij.nonas.xj.iuxta nonas
xix.iuxta.viij.idus.viij. Diuiſis ergo annis dñi per
xix.numeꝝ illum q̄ ſupererit ſuper decem ꝛ noueȝ q̄
re in premiſſis locis kalēdarij.ꝛ vbi illum inueneris
ibi erit penthecoſte hebreoꝝ quod ſꝑ eſt in luna.iiij
ꝛ in ſequenti dñica erit penthecoſte noſtrum qđ nō
poteſt eſſe ante.vj.idus maij.nec poſt idus iunij.ſi-
cut nec rogationes eſſe poſſunt ante ſexto kal.maij
nec poſt.iij.kalē.iunij. Poteſt ēt paſcha aliter inue
niri per hanc tabulam quinq; quindecim tredecim
duo viginti duo decem triginta decem ꝛ octo ſepteȝ
vigintiſeptem quindecim quattuor.xxiiij.xij.vnum
vigintivnum nouem viginti nouem decem ꝛ ſeptem.
Iſti numeri repreſentant quoſdā dies aprilis ꝛ mar
tij in quibus contigit paſcha hebreorum computan
do dies illos a principio ipſorum menſium ita ꝙ ipſi
numeri a viginti infra reſpondeant aprili a viginti
ſupra martio.hoc vult dicere hec tabula ꝙ in primo
anno cicli lunaris eſt paſcha hebreorum in.v.die in
trantis aprilis.in ſecundo anno eiuſdem cicli eſt q̄n
tadecima die intrantis martij ꝛ ſic de alijs donec nu
meri ipſius tabule compleantur poſtea reditur ad
primum annum cicli. Qualiter autem inueniantur
anni cicli dictum eſt ſupra vbi agit̄ de epacta. Qua
re feſta ſaluatoris excepto feſto natalis ſiue natiui-
tatis ſint mobilia dictum eſt in ſexta parte ſub fe-
ſto natalis. Ultimo ſm Iſido.ſciendum eſt ꝙ inter
latinos ꝛ grecos eſt varietas ſub termino feſtiuita-
tis paſchalis quod ꝓuenit:q: latini a tertio nonas
martij vſq; in tertium nonas aplis pmi mēſis lunaȝ
requirunt:ꝛ ſi quindecima luna die dñica peruene-
rit:in aliam dñicam paſcha protrahunt vt pmiſſum
eſt. Greci vo obſeruant primam lunam ab.viij.idus
martij vſq; in diem nonam aprilis.

De ciclis. Rubrica.

Quia in plerisq; huius partis locis
de ciclo mētio facta eſt:ideo de ciclo
aliq̄ dicamus. Notādū ē ergo ꝙ ci-
clus eſt ſpacium aliquoꝝ annorum
in ſe rediens ſm aliquos numeros ꝛ
dicitur quaſi circulus ꝑ duplicem
ſyncopam. Eſt eñi cicl⁹ vocat⁹ eo ꝙ in orbē digeſt⁹

ſit ꝛ q̄ſi in circulum depoſitum ordinem complectat annorum ſine varietate ꝛ ſine arte. Sūt autē ſex cicli Primus ſolaris incipiēs in .vj. kalen. martij in feſto mathie conſtans ex .xxviij. annis continēs concurrētes ꝛ regulares ſolares ꝛ bificales ꝛ annos biſextiles ꝛ communes. Secundus ciclus eſt decennouenalis conſtans ex .xix. annis ꝛ incipit a ianuario continēs in ſe aureum numerum ꝛ claues terminoꝝ Tertius eſt ciclus lunaris incipiēs ſimiliter a ianuario habēs .xix. annos. incipit autem quarto anno cicli decemnouenalis. hunc inuenerunt romani vt ſcirent qua hora luna a ſole accēderet: ſed quia ꝓceſſu temporis hec inuentio falſificata ē: nihil operamur ſm hunc ciclum. Quartus eſt epactalis incipiēs .v. kal'. ſeptēbris habēs ſimiliter annos .xix. continens in ſe regulares lunares ꝛ epactas ꝛ annos cōmunes ꝛ emboliſmales. Quintus eſt ciclus magnus cōſtās ex quingentis .xxxij. annis vel ſm alios quingentis triginta annis. ſm quem formatur tabula dioniſij. Sext' eſt cicl' indictionalis conſtans ex .xv. annis ꝛ continens indictiones. Romani enim quia difficile erat de remotis mundi partibus venire ſingulis annis romā ad ſoluēda tributa ꝑ eos prouincijs indicta: ſtatuerunt ꝙ ſaltē ſingulis quinquēnijs ſoluerentur: ita ꝙ ꝑmo quinquēnio apportarēt pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In ſcđo quinquēnio argētum pro ſtipēdijs militibus erogādis. In tertio aurum ꝓ ſimulacris fabricandis: ꝛ ſic ſemper poſt aurū ꝗđ in anno quīdecimo ferebat incipiebat quinquēnium quo ferrū iterū ſoluebat ꝛ ſic erat q̄ſi quidā circulus tꝑis: q2 ergo romani ſic fieri indixerūt ideo illi anni indictio nuncupati ſunt de quo dictū eſt. s. Premiſſum aūt ſpaciū quinq3 annoꝝ vocatū eſt luſtrum: q2 venientibus nuncijs prouinciarum cū tributo: cum cereis ꝛ cum alijs preciosis ſumptibus vrbem luſtrabant.

¶ Concluſio huius operis.

Nemo in hoc opere diuina officia ſufficienter exiſtimet expoſita ne forte opus extollēdo humanū diuinū ipſo uideretur tacere. In diuinis nāq3 officijs miſſe tot ꝛ tanta ſunt inuoluta myſteria vt nemo niſi ꝑ vnctionem edoctus ea ſufficiat explicare. quis enim nouit ordinem celi et ponit rationes eius in terra. Scrutator quippe maieſtatis opprimetur a gloria. Ego vero non preualēs lippientibus oculis ſolem in rota cōſpicere: tanti miſterij maieſtatem per ſpeculum in enigmate mihi viſus ſum intueri nec penetrans ad interiora cenaculi: ſed ꝑ foribus aſſidēs in veſtibulo egi diligenter vt potui. non ſufficienter vt volui. lxix. di. ſi officia in prin. cum in humanis inuentionibus nil ſit ex omni parte perfectum. vij. q. j. nihil. Nempe ꝓpter innumeras atq3 ineuitabiles negociorum apoſtolice ſedis iniunctas neceſſitudines quotidie more fluctuum emergētes que ſtudentis ꝛ ad ſuperiora tendentis obtundunt animum quaſi ꝑplexus atq3 varijs ꝛ ineuitabilibus irretitus nexib' vacat ad plenum nequiui vt vellē: quinimmo vix valui meditata dictare nedū concipere meditanda. nam cuiuſq3 animus ad plura diuiſus ſit profecto ad ſingula minor. Quocirca non ſolum benignum ſedulo imploro lectorem verū etiam liberum deſidero correctorem. Enimuero negare nequeo quin plura incerta ſint in hoc opuſculo que poſſunt iuſto iudicio nulla temeritate culpari. ix. di. negare. Verū ſi qđ forte laude dignū reperietur in eo diuine gratie penitus aſcribatur. nam omne datum optimum ꝛ omne donum ꝑfectum deſurſum deſcēdēs a patre luminum. j. q. ij. ꝙ pio. Si qđ vo indignum inſufficiētie deputet humane. nam corpus qđ corrumpit aggrauat aīam ꝛ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitātē: aut ſiquidem proprie: aut coꝝ fortaſſis quoꝝ dicta pleruq3 potius recitādo ꝙ approbādo hic introducta noſcuntur. Hoc enim tam ex diuerſis alioꝝ libellis ꝛ cōmentarijs more mellificātis apis ꝙ ex his q̄ mihi diuina gratia propinauit fructuoſe collegi. ꝛ hanc doctrinā interno fluentem nectare velut fauum mellis in diuinis officijs ſpeculari volentibus diuino ſuffultus ꝑſidio propinaui hanc ſolum apud homines ex ingenti perpeſſo labore mercedem expectans. vt apud miſericordiſſimum iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

¶ Finis

Iohannes aloiſius tuſcanus auditor camere apoſtolice reuerēdiſſimo. D. domino Petro cardiali tiraſonēſi. ¶ Inter oēs libros quos hoiem q̄ ſacris initiat' ſit habere opꝫ hic mihi reuerēdiſſime pater videtur eſſe precipuus immo ceteris vtilis eſſe iſte neceſſarius. Quippe ex alijs qđ agere debeamus edocemur Ex hoc vero ꝛ quid illud ſit ꝛ qua ratione agere debeamus. Cum ergo fundamentum ſacri cultus ſit mens ꝛ intentio noſtra: profecto qui ignorat quid agat fruſtra cultui ſacro ſe ingerit. caret enim fundamento ſcilicet mente ꝛ intentione quarum partes nequaq̄ verſantur circa illa que neſcias. Quot hodium ſingulis diebus dominicam illam electam orationē Pater noſter ꝛc. ore annunciāt qui non animaduertent: quia prope ꝛ ſue vocis iudicio ſe condemnant. Quot hominum veſtes ꝛ indumenta ſacerdotum induant qui cur ea tam multiplicia tam varia inuenta ſunt: penitus ignorant. Quot ſacerdotum annis innumeris miſſam celebrauere. Quot epiſcoporū annis innumeris conſecrauere. Quot archiepōrū etate diuturna pallio vſi fuere. Quot deniq3 antiſtitum omnia q̄ paſtoralis officij ſunt ꝑ longiſſima tempora miniſtrauere: a quibus ſi roges qua rōne id fecerint illico muſabūt: nec habebūt quid reſpondeant. Verū

enimuero vt iuriſconſultus illi dicere ſolebat turpe
eſt viro id in quo quotidie verſatur ignorare. Quaſ
re multum τ multam tum in ceteris: tum in hoc vno
maxime Guliermus durandi publice ſaluti τ com
muni vtilitati proſpexit τ conſuluit qui vniuerſi ſa
cri myſterij figuras typos τ rationes accuratiſſime
in hunc librum congeſſit: ex quo niſi pigeat laborū
facile dicere poſſumus quid τ qua rōne operemur.
Adde iocun.ditatez cū in omnibus incognitis: tum
in his maxime que indies pre manibus ſunt: dū ad
eorum cognitionem vel ſtudio vel caſu perueniſſe
concipimus: tunc enim rem ipſam in digitis tenere
arbitramur τ quod alias difficile vt in memoria re
neretur iudicaremus: nunc faciliimū reputamus: τ
ad meliora ac maiora ſublata difficultatis formidi
ne alicimur τ inuitamur. Quid quod tantummodo
τ nō prius quod legimus: quod gerimus quod ope
ramur amamus. Quomodo eīn fieri poteſt: vt ame
mus quod neſcimus nō intelligimus: non cognoſci
mus: qd nō oculo vel viſus vel itellectus intuemur.
Magnas ergo gratias guliermo debemus quod
in hoc opere conſcribendo ipſe qui prius vel ſparſa
vel addita erāt repoſuerit τ patefecerit: vt nos one
re leuaret: ipſe ſudarit vt nobis curam τ laborē pre
ciperet: ipſe vigilauerit vt nos quieſceremus. Ego
qūtū ad me attinet dudū anteq̄ militie clericali me
adduxiſſem: dum in aduocationis ſeu poſtulatiōis
officio me exercerē: conabar vt omnes ſcirent q̄tuz
Guiliermo ob ſpeculum iuris elucubratum teneres
mur. Nunc quando aliud ſtudium me vocauit τ pro
ſpicio que ſint in hac militia future ptes mee τ qui
ſit officij τ muneris mei. fateor me niſi hic liber fo
ret dubitaturum me omnino indocilis inſcius τ ſe
cus euaderem. Gallicanum fuit Guilielmi ingeniū
ſed in italia tamen enutritum: qui non idcirco mi
nus gratie apud nos q̄ extra italiam natus fuerit:
ſed plus q̄ conſcie etatis factus in italia vincere op
pidum ſui nominis in Italia relinquere: τ in Italia
mori: ac mortuus in loco Italie floꝛentiſſimo vrbe
Roma iacere elegit τ voluit: debet eſſe conſecutus.
Opere precium eſt vt quod vnum defunctis exhibe
ri poteſt: in manus plurium tranſeant monumenta
ingenij ſui laudentur: legantur: amentur.

¶ Finit rationale diuinoꝝ officiorum: quod antea
multe locis deprauatum: obnixa elucubratione ma
giſtri Boneti de locatellis bergomenſis correctum
eſt: et Impreſſum Lugduni per Jacobum Sacon
Anno ſalutifere incarnationis milleſimo quingen
teſimo duodecimo: τ decimoquinto kalen. Aprilis.